





1790.

1. Richter, zum. Christph: *De p[ro]p[ri]etate communis fons t[em]porum  
Illustrium et notabilium Germaniae*

1791.

1. St Hagen, Dommus, &c: *De iure cathedralorum eoc legendi  
deputandos a. c. ad ordinandas ad deputationes imperii  
extra ordinarias, ad illustr. art. I. § 57. T. P. d. 25 ap[er]t.*

2. Kottwitz, Michael: *De debito testis in compensatione vel recompensa-  
cendo.*

3. Seitz, Joseph Ignaz: *Abhandlung von der Visitation des  
Kammergerichts conzleg zur Prachtung des höchsten  
akademischen Werdens in den Rechtsgelehrsamkeiten.*

1792.

1. Diel, Ignatius: *Primita communis sententiae: negotios  
si sibi ex diversis stirpibus ad successorinem eori  
concurrent, in stirpes succedere, contra norminas  
impugnaciones vindicta. Accedit: Ant. Conties  
de hereditatis et honorum possessio[n]ibus, quae ab  
intestato deformatur.*

1792.

2. Melchior, Elias Stephanus: *I. immunitate a recto ga-*  
*libus.*

3. Wuerth, Maximilianus: *I. emphebasi' meltemata*  
*prostern.*

1795

1. Langer, Daniel Gottlieb: *Observationum juris pratrii*  
*Iacob cum Vallario*

ad indicem et ex fundatib: propriae et  
ad indicem et fundat: ex fundatib: et regimur  
ad indicem et ex fundatib: et regimur

ad indicem et ex fundatib: et regimur  
ad indicem et ex fundatib: et regimur  
ad indicem et ex fundatib: et regimur  
ad indicem et ex fundatib: et regimur  
ad indicem et ex fundatib: et regimur  
ad indicem et ex fundatib: et regimur



1992

Lindau, from Stephan: *Thermodynamik der  
Atome*  
3 Kl. Klasse *Maxwell'sche* *Empfehlung*

1993

Kangy, from Stephan: *Thermodynamik der  
Atome*  
3 Kl. Klasse *Wattarist*





3

icum  
tinet  
ecer-

# COMMENTATIO JURIS PUBLICI

DE  
JURE CATHOLICORUM COELIGENDI DEPU-  
TANDOS A. C. ADDICTORUM AD DEPUTATI-  
ONES IMPERII EXTRAORDINARIAS, AD ILLU-  
STRANDUM ART. V. §. 51. J. P. O.

QUAM  
UNA CUM SELECTIS EX OMNI JURE THESIBUS EX INDULTU  
INCLYTAE FACULTATIS JURIDICAE

IN ALMA UNIVERSITATE MOGUNTINA

PRO  
SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBUS

RITE CONSEQUENDIS PUBLICÆ ERUDITORUM  
CENSURÆ

SUBMITTIT

## EDMUNDUS DE HAGEN,

AA. LL. ET PHILOSOPHIAE MAGISTER.

DIE NOVEMBRIS, cl. 1o. cc. xci.

EDITIO NOVA.

*M a r b u r g i ,*  
Sumptibus Henrici Rudolphi Meyer.

COMMENTATIO  
JURIS PUBLICI

DE  
JURIS CATHOLICORUM COETERUMQUE DE JURE  
TERRITORIIS A. C. ADIECTIONUM AD DEPUTATIONE  
ONES IMPERII EXTRAORDINARIAS AD HABITATIONES  
STRANDUM ART. V. 2. 2. 1. 6. 0.

ALIA COM. EDITIONE EX O. M. HAB. LIBRARIIS DE INSTITUTIONE  
INCIPIT TITULATISSIMA QUIDAM

IN ALIA UNIVERSITATE MAGNITUDINE

ALIA IN GLORIOSA HABITATIONE ET LIBRARIIS  
DIOCESANIS

ALIA CONSECUTIVIS PRAECEPS EDITIONIBUS  
CENSURA

S. A. M. I. T. T.

EDMUNDUS DE HAGEN

ALIA ET ET PHILOSOPHIAE LIBRARIIS  
DIE NOVEMBRIS, ID. 10. CC. 12.

A. D. C. I. O. N. A.

M. S. G. N. M.  
S. A. M. I. T. T.

EMINENTISSIME AC CELSISSIMI  
PRINCIPIS ELECTORI  
EMINENTISSIMO AC CELSISSIMO  
PRINCIPI ET DOMINO  
DOMINO  
FRIDERICO CAROLO  
JOSEPHO  
SANCIAE SEDIS MOGLINIANAE ARCHIEPISCOPO S. R.  
I. PER GERMANIAM ARCHICANCELLARIO ET PRIN-  
CIPI ELECTORI, EPISCOPO AC PRINCIPI  
WORMATIENSIS  
DOMINO DOMINO MEO  
CLEMENTISSIMO  
PRINCIPI PISSIMO, JUSTISSIMO ET CONSTANTISSIMO  
PATRIAEC PATRI OPTIMO.

EMINENTISSIME AC CELSISSEME  
PRINCEPS ELECTOR  
DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME!

S: pagellas hasce ad pedes TUOS EMINENTISSIME ac CEL-  
SISSIME PRINCEPS ideo deponere auderem, ut tanti NOMINIS  
TUI premissione spicata eis pondus imponeretur, temeritatis aut  
certe importunitatis notam vix effugerem. Europa in TE opti-  
mum Germania Principem colit, Germania Sagacissimum electo-  
rem & Priscissimum partit, Ecclesia vigilansissimum sibi Archi-  
Episcopum gratulatur, leta Moguntinensem gen: in TE Patriæ  
Patrem providentissimum prædicat. Suscipe igitur EMINEN-  
TISSIME ac CELSISSEME PRINCEPS ELECTOR tenues has  
studii academici mei primitias, affectu tamen animi gravissimas,  
quas coram throno TUO mente, qua par est, humillima depono,  
tanquam perpetue venerationis mea testes, easque ea, qua res sub-  
ditorum TUORUM cetera soler, clementia, comititia graitaque  
admittere, me vero clementissimo favore imposterum sovere non  
dedigneris.

EMINENTISSIMI AC CELSISSEMI  
PRINCIPIS ELECTORIS  
DOMINI DOMINI MEI CLEMENTISSIMI,

SERVORUM INFIMUS,  
EDMUNDUS DE HAGEN.

# COMMENTATIO JVRIS PVBLICI

JURE CATHOLICORUM COELIGENDI DEPUTANDOS A.

C. ADDICTORUM AD DEPUTATIONES IMPERII EXTRA-

ORDINARIAS, AD ILLUSTRANDUM

ART. V. §. 51. J. P. O.

**H**oratiani Consilii: quid foret recusent, quid valeant humeri, non immemor, hancē fors materiam exaram, non facile suscepissem, nisi favore viri, de jure publico imperioque meritissimi, quædam prelo adhucdum nullibi commissa, benignissime communicata mihi essent, quibus instrutus ea, quæ de observantia præcipue noviori in hac materia a parte adversa prædicantur, nunc satis illustrata, impartialium judicio submittere possim. Laborem non ingratum me parti catholicorum præstaturum spero, ea quæ in actis publicis, unico hujus materiæ ex hac parte adjutorio, sparsa inveniuntur, colligendo atque comparando; cum, in quantum novi, nullus eorum hanc materiam, non dicam perlustrarit, ast tetigerit solummodo. Persuasum mihi quoque habeo, limites dissertationis meæ, quæ unicam contineat de deputationibus questionem, ob rationes ab utraque parte in actis præcipue publicis jamjam adductas adducendasque, satis amplam, arduam, nec fervore ordinario hinc inde agitata, haud permittere, ut de deputationum origine, progressu, controversis electores inter ceterosque statut, comites præcipue ortis, de necessitate earum, utilitateve, de earum deliberationibus, quomodo, & ubi & quando fiant, plura diffrendo, perfectam earum historiam præmittam. In campo hoc vastissimo apparatus satis eruditus, ab ovo uti plerunque moris est, incipiendo, plane non desiceret; ast inani fo-

A

ret

ret repetere sermone, ab aliis jamjam aut optime abundeque dictum, aut indubitatum. Dicere inde sufficiat paucis, quænam sit præcipua earum originis ratio, quæ earum definitio, quæque hujus loci notanda divisio.

THE CATHOLICORVM CEREMONIÆ DELITIA MODOV.  
§. 2.

Comitis perpetuis olim incognitis, difficultateque scipiis non levi obstante, status movendi, ut in negotiis non raro urgentissimis convenient, expertoque scipiis aut nullo aut infelici deliberationum exitu, a multitudine deliberantium, non eadem semper rei scientia animoque eam finiendi, præditorum, orto; mirandum est, non prius a parte imperii agnita esse veritatem, facilioris multis in negotiis comitia fore; si paucorum suffragiis rem expedire licet, studiis, diffidit tumultibusque inter plures magis obnoxiam; nec melius quid per multitudinem, quam per octo decimve viros, doctos, probos, a partium studiis alienos & de re componenda satis instructos determinari posse. Ast originem primam, si ita appellare fas sit, comitiorum minorum, tempore Sigismundi imperatoris, qui anno 1401 in comitiis Norinbergensibus per deputatos negotia publica tractari curavit, invenio \*) liceat nondum de certis deputatis, deputationibusque aliquid definitum reperias; altum potius de eis ad tempora Caroli V. usque silentium. Sub quo de tranquilitate pacèque in germania omnii melori modo manutendena, reddendaque summe sollicito, satisque de difficultatibus omnium ordinum regionumque statutis in unum convocandi edocto in R. J. de anno 1548. ad sedandas inopinatos vel per exteros vel status imperii ipsos exortos motus, aliqualis comitiorum minorum determinatio reperitur. \*\*)

§. 3.

\*) LEHMANN Chron. Spir. lib. 7. c. 80.

\*\*) R. J. 1548 §. 95. Und im Fall im H. Reich solche Beschwerung so eilend fürfallen würden, daß gemeine Stände leichtlich und zu bequemer Zeit nicht zusammen kommen könnten, und doch der Verzug gefährlich sein würde, daß alsdann die sechs Churfürsten und von den Fürsten sechs... und dann Gerwich Abzü Wein-garten und Ochsenhausen, von der Prälaten wegen; Friederich Graf zu Fürstenberg, von der Grafen; und Augsburg von der Stätte wegen, auf diesen Fall jederzeit eigner Person, wo möglich,

## §. 3.

Accutatoris interim stabiliorsque deputationum determinationis occasionem motus Marchionis Alberti de Culmbach pacem Passaviensem respuentis, dedere, ita ut præsente, nomine imperatoris, Ferdinando Imo, romanorum rege, vi sum sit comitis Augustæ anno 1555 celebratis, ex omnibus ordinibus deligi, qui ad subitos motus, quies sedandis quatuor aut quinque regionum opes non sufficerent, neque omnes omnium regionum ordines convocari, periculi urgentioris ratio pateretur, acciti a Moguntino Francofurti coirent, provisuri, ne quid detinimenti respublica, ne quid singuli caperent \*) Inspecta utilitate accusatio a determinatione, non de novo semper facienda, proventura; haud multo post, \*\*) mutata in diversum sententia placuit, ut id munus, ab initio temporaneum, nunc perpetuum esset, ad successores transi turum, respiciendo scilicet ad regiones, ubi motus plerum que aut facile orihi solerent, aut possent. Nunc etiam prioribus duo; posteaque conquestu regionis inferioris saxonie procerum, scie eorum omnium, quæ conventu delectorum agerentur, ignaros maxime agere, multam post disceptationem \*\*\*) in comitiis spiræ 1570 habitis, delectis qui jam fuerant, quatuor adjecti,

## §. 4.

Comitia minora ortum igitur suum debent motibus hinc inde vel per exterios, præcipue inter status imperii ipsos oriundis, initioque negotia eorum omnia, inde & ordinaria dicta, hoc determinabant scopo. Ast comperto sepius, in re præcipue Grumbacensi, quam feliciter negotia iis commissa

wo nicht, durch ihre treffliche sind fürnehmste Räht an gelegener Mälstaft zu erscheinen erforderl, und mitihrem Raht, Wissen und Willen, dieses Vorraths halben (§. 94.) was die Nordurft erforderl gehandelt werden soll. Welches wir von gemeineu Ständen und der abwesenden Rähten und Gesandten zu gnedigen Wolgefallen angenommen haben.

\*) R. J. 1555. §. 65.

\*\*) R. J. 1570. §. 49.

\*\*\*) PEANNER historia comitorum lib. 4. § 6.

missa peragerentur, plura alia, dicta jam extraordinaria, alias in comitiis majoribus ab omnibus deliberata statibus, licet nec sine difficultate summa, nec fausto semper exitu, quorum ergo tractatio in hisce haud ita expedita erat, iis commissa sunt; sic ad ordinandas res Camerale anno 1557. spiræ deputatio constituta. \*) Querimoniique sope de melioranda imperii matricula ortis, & id negotium eis commissum esse invenimus. \*\*) Paulo post executio legum monetariarum, nec non tributorum imperii receptione exactioque \*\*\*) & eodem adhuc anno quidquid de politia imperii ordinandum, iis demandatum. \*\*\*\*) Aucta igitur earum negotia fere de anno in annum reperimus; sic enim iis iterum rei monetariae, ordinationis camerale, iustitiaeque emendatio committitur, \*\*\*\*\*) quod ultimum negotium tam feliciter peractum esse, ut recessum deputationis anni 1600 ad optimas rei iustitiae imperii leges connumeremus, qui eum sane perfectionis gradum non attigerit, si in plenis comitiis de hac materia fuisset deliberandum, neminem fugit. Cum nihilominus plura adhuc in re iustitia & tributorum desiderarentur, haec iterum negotia, omniaque inde dependentia, iis commissa inventimus, quibus postea causus restitutionis ex pace Westphalica annexebantur. \*\*\*\*\*) Ex ordine hoc chronologico satis apparet, quænam & cuius momenti negotia in comitiis imperii minoribus, seu deputationibus, pertractata sint, eaque omnia talia esse, qua totum imperium, sive & singulos omnium ordinum imperii status attingant.

### §. 5.

Deputati imperii sunt ergo status quidam ex ordine omnium statuum electi, qui horum nomine, sive totius imperii, retractant atque concludunt, proprie ab omnibus, qui autem eorum tractationem habere vel nolunt, vel non possunt, simul per-

\*) R. j. 1557. § 73. 74. 75. 76. 82.

\*\*) R. j. 1570. § 105. 108. III. 150. 151.

\*\*\*) R. j. 1576. § 26. 88. 100. 1582. § 47. 62.

\*\*\*\*) R. j. 1576. § 117.

\*\*\*\*\*) R. j. 1594. § 98. 101. 114. 121. 1598. § 53.

\*\*\*\*\*) R. j. 1641. § 90. 92. R. j. N. § 191.

peragenda. Deputationes imperii sunt igitur cōventus imperii particulares seu comitia minoria, in quibus inde commissarii imperatoris, certique imperii status determinati conveniunt, nomine omnium ordinum statuum de causis publicam potissimum cōcurrentibus utilitatem aliisque imperii negotiis, a ceteris statibus iis commissis, deliberaturi, s̄epiusque vero eas quoque terminaturi. Suntque ha deputationes vel *ordinariae*, ubi status deputandi certa quadam lege definiti sunt, vel *extraordinariae* ubi eorum definitio designatioque in quovis casu singulari in comitiis imperii universalibus, horumque collegis sive uno sive duobus aut tribus facienda est. \*) Extraordinariae iterum absunt in *comitiales & circuimurales*, quam denominatiōnem ratione loci ubi recipiunt, hæque ultimæ vel ad visitandam cameram, vel ad pacem faciendam tendunt. \*\*)

§. 6.

Quibus jam, ad questionem ipsam, quam discutiendam mihi proposui, ut veniam, quibus inquam in casu, ubi deputatio ex consensu totius imperii ordinanda est, jus competit deputandos ipsos eligendi? Quæstio sane, quam domitianam dicet ille, cui ignotum est, in imperio romano germanico duas existere religionis partes, in rebus politicis etiam cum religione haud connexis & hodie adhuc, ex antiquo quodam, & ut ita dicam hereditario religionis fervore, discrepantes, certantesque, ex earumque gremio status deputandos secundum paritatem religionis, vi J. P. eligendos esse. Cumque vero deputationes imperii aliae sint ordinariae, aliae extraordinariae § 17 ex illarumque natura quæstio hæc amplius oriiri nequeat, & de illis

A 3

pro-

\*) Hæc deputationum differētia orta est primo, anno 1559, cum per R. J. hujus anni § 49—54, jus depuratorium in certis determinatisque casibus perpetueretur, ad sucesores nempe transcursum; per quod jam deputan in aliis sub his non comprehensis casibus, jure solūmmodo transeunte electi, nomine, non vero re ipsa, distinguebantur.

\*\*) Utrum visitationes camerales facili decimi 6ti ad deputationes ordinarias, an ad extraordinarias referendæ sint, lis de nomine esse videatur, cum varia ratione utrumque defendi possit pro notione de ordinariis facienda; idem dicendum de mixtis.

protestantes ipsi veritatem theses ex parte catholicorum, uti  
occasione obveniente ostendam, profiteantur; quæstio hæc tati-  
tummodo de deputationibus extraordinariis remanet, quæ igi-  
tur sequens erit:

An si hodie in conventibus statuum Germaniae universali-  
bus quidam eorum ex toto & universo corundem corpore, ad  
tractanda & ea quidem vel præparanda saltæ vel expedienda  
plane negotia imperii comitalia, ab omnibus continode haud  
agitanda, specialiter & extra ordinem deputandi sunt, catholicî  
æque ac status A. C. addicti pari utrimque numero, hoc ipsum  
deputare sive deputandorum statuum personas eligere sicutque de-  
putatos confinire, præcie in tribus collegiis comitalibus, elec-  
torum nempe principum & civitatum, consueto & ordinario  
in comitiis agendi & tractandi modo, per consueta & plura il-  
lorum vota sic fieri debeat, ut ad electionem A. C. addicitorum  
catholicî status æque ac vice versa ad catholicorum deputato-  
rum electionem, isti solitis suis suffragiis collegialibus et singu-  
laribus concurrere queant & debeant?

An vero status A. C. addicti deputandos suis prius in con-  
ferentia inter se habita, sive seorsim sibi eligere, illosque deinceps  
in collegiis istis sic modo nominare queant, ut catholicî  
status nihil deinceps quad per longas statuum A. C. addicitorum  
sic electas atque deputatas suffragiis suis immutare valeant, eas  
indistincte agnoscere obligati, suorum catholicorum condepu-  
tatos, quos sine ipsis, sine ipsorum suffragiis soli sibi elegerint  
A. C. addicti?

S. 7.

Affirmativam prioris quæstionis catholicos jure meritoque  
ex natura rei, legibus imperii, observantia & analogia tenere,  
recteque inde contenta quæstionis posterioris negare, pernegare  
que, cum sim ostensurus; protestantes adversarios habeo sum-  
mo fervore, omni quo poterant modo defendantes, veritatem  
unice ex eorum parte adesse, posteriorem affirmando quæstio-  
nem. Inter hos certe viros in jure publico notissimos, clarissi-  
mosque

mosque Hennigesum, \*) Hoffmannum, \*\*) Moserum, \*\*\*) Pütterum, \*\*\*\*) Maierum \*\*\*\*\*) nominasse sufficiet.

§, 8.

Leges imperii omnes originem determinationemque deputationum imperii continent, in eo convenire, eas ab origine prima semperque tanquam comitia minoria (verjunger Reichstag) esse consideratas; earumque deliberationibus & conclusis eadem attributam esse vim, ac si negotia eis commissa, a toto imperio, a comitis majoribus sive per vota uniuscujusvis imperii statu essent deliberata comitaliterque conclusa, unicuique recessus imperii, § 4. allegati, primo obtutu ostenduntur. Legales inde earum denominations: *Auctoritate, comitia minoria, comitia particularia; non quidem particularia ratione obligationis eorum conclusorum, ast solummodo ratione objectorum, negotiorum illis ex parte imperii commissorum, numerique statuum, in hisce conventibus deliberationibusque concurrentium.* \*) Sic de recessu deputationis Francofurtano de anno 1571 § 7. dicitur: *en solle die nemliche Kraft haben, als ein gemeiner Reichschluss.* Idem invenimus R. j. Ratisbon. 1598. § 58. \*\*\*\*\*). Singulis igitur imperii statibus tam ratione salutis publicae, quam private intererat, eligere tantummodo deputatos aut medendo malo ratione loci quam maxime pares, aut rerum deliberandarum, pro omnique imperio determinandarum, optime gnaros. Declarandum inde cur in deputationibus ordinariis praeceps hi, ibidem nominati, status tunc temporis denominarentur; cur in pluribus deputationibus,

\*) HENNIGES Medit. ad j. P. Cæf. sinec. ad art. V. § 51. Spec. V. Mant. I.

\*\*) GODEFR. DAN. HOFFMANN diss. de jure corporis evangelicorum sive religionis deputatos imperiales seorsum eligendi. Tüb. 1775.

\*\*\*) MOSER von denen deutschen Reichstagen II. Th. Kap. 47.

\*\*\*\*) PÜTTER, inst. jur. p. § 167.

\*\*\*\*\*) JOH. CHR. MAIER deutsches weltliches Staatsrecht. 1775.

Ite Abth. 3. Kap. § 140. 514.

\*\*\*\*\*) MAIER l. c. i. Th. § 127.

\*\*\*\*\*) FRITSCH de conventibus deputatorum cap. 7. § 17.

bus, ubi emendanda reformandaque justitia, iudicium legati praeterea pluries inveniantur; cur protestantes scipio defenderent, in casu ubi electio personae industriae interveniret, nullatenus jus hereditarium locum habere posse. Jus igitur denominandi, vel convotandi saltem in electione illius, qui nomine nostro, cum vi nosmet ipsos obligandi agat, statuatque, in natura electionis certa personae industriae,\*) in mandato, in legatione fundatum, in origine deputationum ipsi in usum venisse, ne ultra quidem ratione dubitari potest. Modo moreque consueto in comitiis universalibus, tam quæstio an ordinanda sit deputatio, quam quo numero, ex quibusque deputatis in hoc casu, pro hoc illo negotio peragendo consistat; ita ut ne vestigium quidem inveniatur, præmissa veritatem: quod omnes tangit, ab omnibus approbandum, earum ratione in dubium vocatam esse.\*\*) .

## §. 9.

Et certe deputationes imperii summis sane difficultibus exposita fuissent, aut potius oriunda nunquam; haud ea saltem ratione, ut iis, præter sedandos subitos motus, negotia illa vere comitalia, (§ 4.) licet tractatu in comitiis universalibus difficultima, commissa fuissent, si singulis statibus, magna ex parte nihilominus ægre ferentibus, se in deliberandis determinandisque hisce negotiis immediate agere non posse, scilicet allegantibus: aus vielen Köpfen sei gut rathe, \*\*\*); si his, inquam, in eligenda persona, loco illorum actura, mediate saltem per votum concurrere, denegare quis voluisse. Singulis

\*) MOEGLING diss. de electione certæ personæ industriae. Tübing. 1715, cap. 3. § 2, pag. 36.

\*\*) DE MATERIA ACTA P. VV Tom. I. pag. 474. Churbrandenburgisches votum, ob Fürsten und Stände insgesamt ad tractatus pacis cum voto & suffragio zu admittiren? resp. quod sic; denn die Friedenstraktaten sind sowohl der Fürsten und Stände, als der Kaiser, Majestät und Churfürsten gemein, und concerniren sie ihres dabei habenden Interesse wegen insgesamt, derowegen sie auch mit gemeinen Rath fürzuncken und zu behandeln seien.

\*\*\*) Proverb. XI. V. 14.

igitur statibus in unoquoque imperii collegio, jus per votum in electionem deputandorum collegii sui concurrendi competere, inde & optime & recte principes contra electores anno 1653 defendere, cum hi in electionem quorundam e principibus convotarant; ipso sane, inquit, vocabulo: *imperii deputationes* satis significari, non alios suffragii in iis (collegiis) ferendi facultatem accepisse, quam quis provincia ista ceterorum sponte evenerit, quosdam suo e corpore omnium ordinum suffragio deligi, & undequaque adsumtos totius imperii legatione quadam atque munere fungi, quod & sc̄epe adhuc repetitum. \*)

## §. 10.

Etiamsi ergo originem deputationum, modumque depu-tandos eligendi, primis temporibus ceterisque iis subfecutis usitatum, ignoraremus; nomen ipsum: Reichsdeputirte, Reichs-deputation, comitia minora, compendium totum statuum ordinem representans, vel deliberationibus, vel legibus ipsis pro-miscue inventendum satis significaret, non aliud quam comi-tialem eligendi modum, sive electionem conjunctim, non se-orsim faciendam, locum habere posse. Cum enim non usque adeo religionis diversitas regni germanici status sejungat, ut nihil quidquam, communis omnium statuum nomine & jure fieri agive possit, sed potius in rebus religionem haud concorrenti-bus, ita fieri agive debeat, cum & mansere & sint *duae partes*, ut legaliter appellantur, *unius corporis politici*, hacque ratione imperium unum totumque sit corpus, omnium utriusque, non unius modo religionis statuum, deputationesque, de quibus hic sermo, imperii deputationes, non deputationes religionis corpo-rum, Reichsdeputationen, nicht Deputationen der Religions-partheien, a primordio appellatae, eodemque nomine adhuc

gau-

\*) MOSER l. c. cap. 28. pag. 524. ait: Das Ende davon geht dahin: das es sich sehr und oft mit Verordnung dergleichen extraor-dinair Deputirten geändert, und bei allen liberum jus & facultas eligendi & depupandi ad quæcumque negotia & causas nach Besinden der Sachen Beschaffenheit dem gesammten fürstlichen Collegio gebühre.

B

gaudeant; sequitur, status tanquam diversa corpora hic considerari nec posse, sed tanquam unum omnique modo corpus conjunctum, nec alium quam comitialem eligendi modum in deputandis imperii statibus locum habere debere. Forent enim seorsim electi duorum potius, non unius modo & totius corporis statuum deputationes & deputati; forent potius duarum partium, uti Pace Westphalica, compacientes; imperii totius, tanquam corporis conjuncti, nullatenus, uti eo tempore, certantis, deputationis nomine & titulo proflus incapaces. Quod enim totius imperii, quod communis totius alicuius corporis vel collegii nomine agatur, quod omnes eis unius ejusdemque corporis membra attinet, ab omnibus quoque simul, non seorsim, conjunctim, non separatim, communis, non singulari nomine, a toto corpore, non a parte aliqua determinari debere, ipsa denominatio, verba ipsa indicant. Cum enim negotia, quae status ut status concernant, in questionem veniant, considerandi sunt status in corpore, quod praecipue secundum formam imperii nostri majora admittit. \*) Inde ubi de toto semper imperio in legibus imperii, deliberationibusque sermo, ubi quidquam totum imperium, sive omnes status attinet; ibi nunquam id, quod per religionis partes constitutum est, pro constituto totius imperii haberri potest; ergo nec deputatus seorsim electus pro deputato imperii, licet ea, quae amicabili non nisi compositione constituuntur, per totum imperium constituta dicantur; ast ibi nunquam de re totum concernente imperium, status qua status, sed de eo potius sermo, ubi status tanquam unum corpus considerari nequeunt, indeque normæ P. W. speciales obtinent. Non infirmum ergo latet in denominatione ipsa argumentum, rem ipsam accuratius si consideres. Status enim imperii eligendo imperii deputatos, abdicant se juri omnifane respectu gravissimo, cum eorum deliberationibus conclusisque, plerunque saltem, eodem teneantur modo, ac si ipsi met egissent, deliberassent, conclusissent. Quid ergo natura lius, quam & eos ipos hosce, si ita appellare fas sit, rerum mo-

\*) DE BEULWIZ diff. de nimia extensione iurium singularium,  
pag. 12.

moderatores, legistatoresque sibi eligere, vel, quod perinde est, in eorum electionem non minori jure concurrere, quam communis conjunctionis & societatis leges — majoribus soluminodo collegit in rebus omnes similiter attingentibus, cedendi — secum ferunt? quam ut eas tantummodo eliant personas, quibus negotia peragenda, eodem fervore, eadem sinceritate dexteritateque, ac si ipsi praesentes agerent, terminaturos fore, fidunt? Cum ergo deputati A. C. addicitorum eodem modo negotia pro toto imperio, inde & pro singulis statibus catholicis, quam catholicorum deputati pro statibus protestantibus agant; catholicis ex principiis electionis certae cujusdam personae industrie disputari nequit, eos in electionem deputandorum ex parte A. C. add. comitialiter concurrere posse, uti catholici protestantibus huncce concursum in eligendis catholicorum deputandis nec abnegare possunt, nec unquam, quantum noro, abnegarunt.

## §. II.

Optime thesim meam, si jam negotia ipsa deputationibus imperii commissa aut committenda consideremus, stabiliri, plane non dubito. Quænam & quanti momenti negotia precedentim deputationibus commissa sint, aut committi soleant supra (§. 4.) indicavi, eaque omnia vera esse negotia comitia lia, ab omnibus, si ita commode fieri posset, decidenda, atque inter hæc plerumque maxima, si rem iustitiariam, monetariam, tributa imperii inter ea numerari videamus, non dubitandum. Sic & status partem magni semper momenti in deliberandis determinandisque imperii negotiis a primordiis imperii habuisse, eos hocce jus armis, legibusque pragmaticis conservasse, nimis agnita indubitatique veritas est, ut fusus id ostendere, facile supersedere possim. Sequitur id ex notio ne status imperii rom. germ. ipsa, ast & legibus firmatum stabilitumque. Gaudent (status) sunt verba art. 8. §. 2. J. P. W. sine contradictione jure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis imperii, præsertim ubi leges ferenda aut interpretanda, bellum decernendum, tributa indicenda.

„nihil horum aut quidquam simile post hoc unquam fiat, aut  
 „admittatur, nisi de comitiali liberoque omnium imperii statuum  
 „suffragio & consensu.“ Quilibet ergo statuum in singulis imperiis  
 negotiis comitaliter concurrendi per hanc legem imperii fundatam  
 jus perfectum obtinuit, aut potius antiquum  
 jam roboratum, ut libero semper utatur suffragio, ut nihil  
 sine consensu comitiali agatur vel statuatur; jus ergo quod  
 tanquam regula singulis statibus tamdiu competit, donec ei  
 libero, & in jure obligante modo, vel renuntiant, vel ab-  
 dicant. Sine hac abdicatione vel translatione hujus juris,  
 hujus suffragii in alterum, eorum nomine nemo jure agere,  
 nemo concludere, multo minus eos obligare valet; sequitur inde,  
 ut ille tantummodo pro statu imperii in rebus publicis delibe-  
 rare, votum dare, concludere, agereque modo obligatorio  
 possit, in quem haecce potestas, ponderosum hoc jus transla-  
 tum; ut inde non nisi ille in imperii deputationibus vice ejus  
 fungi possit, qui ab illo electus, vel saltem in cuius electionem  
 comitiali suffragio, sive majoribus nonnisi collegii ce-  
 dendo, cooperatus. Haecce votando in alium hujus juris  
 translatio, aliqua abdicationis concursus immediati in termi-  
 nandis hisce negotiis compensatio, debilis utique, nihilominus  
 haud neganda est, quæque unica ratio esse poterat, cur de-  
 putationes tranquille ortæ sint & repetitæ, cum sic absoluta  
 omnis participationis exclusio, timenda non erat.

## §. 12.

Hæc principia in natura rei ipsa, in libero statuum suffragio fundata, omni dubio carere deberent, cum in imperio romano germanico in rebus politicis, religionem ergo non attingentibus, religio status in partes non sejungat, partes potius cogitari non debeant, pro quibus utique normæ proprie casibus obvenientibus præscriptæ, hic autem ob rationes, quibus innituntur, haud adhibenda, sed status omnes hic uti ante religionis dissidium, unum arctissimeque corpus con-  
 junctum constituant. Scipiis id agnovere protestantes; sic in

in promemoria anno 1720 imperatori dato \*) inquit: Reichsdeputationen wären gut und würden angeordnet in Sachen die das ganze Reich ohne Unterschied der Religion concernirten, und darin beider Religionsverwandten Theile des Reichs mit einander concurriten. Ein ganz anderes wäre es, wenn eins von jetzt besagten Theilen gegen das andere in opposito stünde und agirte, wie in den jetzigen Religionsfachen geschähe, da könnte per rerum naturam keine Reichsdeputation Statt haben; sondern da müste de corpore ad corpus tractirt und agirt werden, \*\*) Eodem modo & hodie adhuc deputationes ordinantur, earum negotia eadem mansere & sunt; sieque etiam status hac ratione nullatenus tanquam corpora considerari queunt, sed liberum suffragii ferendi exercitium, unicuique statuum per legem fundamentalem firmatum, hic tanto magis competat, quam omni dubio caret, majora in hisce negotiis, si deliberatio in majoribus institueretur comitiis, locum habere, determinacionesque, quæ in J. P. de pluralitate votorum in favorem partium religionis habentur, cessare debere; id quod iterum expresse constitutum art. 8. § 3. J. P. O. inventimus: "In proximis vero comitiis emendetur in primis anteriorum conventuum defectus — ac tunc quoque de resformatione politiæ & justitiae, taxæ sportularum in judicio camerali ex communi statuum consensu agatur & statuatur. Scopius igitur scopusque repetitur, firmaturque liberum suffragium in negotiis hic nominatis, solisque deputationum objectis, nulla-

В 3-м эпизоде я

<sup>\*)</sup> CHR. GOTTFRIED HOFFMANN gründliche Vorstellung der Religionsbeschwerden. Lipz. 1722. pag. 493. ibique allegat. Staatskanzlei, 371 Th. S. 555.

\*\*) Idem dicitur in den unvorgreiflichen Gedanken der Brandenburg Culmbachischen und Würtenbergischen Gesandten, quic  
tandem in punto gravaminum observati debeat? art. 20. si  
nich dann billig und wenigfis die quæstio an? bei diesen  
(westphälischen) tractaten zu constituien, dessen sich catholici  
desfo weniger zu belchweren, weil auf deputationägen die  
justisfachen und andre negotia publica tractari werden, wel-  
che einen Theil sowohl als den anderen concer-  
niren. DE MEIERI acta P. W. tom. 3. pag. 349.

que mentio amicabilis compositionis uti alias in locis, ubi de partibus religionis sermo, inventitur. Cum ergo ad sublevanda negotia omnium consensu aliqui nomine eorum agant, nisi eos elegerint votando comitialiter, ex communi statu*m* consensu actum esse nullatenus dici poterit cum potius sic per religionis partes deliberatum actumque esse dici debeat, quibus tamen hasce res commissas non esse, verba ipsa satis clare indicant.

§. 136

Si ergo status tanquam partes, tanquam corpora disjuncta hic considerari nequeant; ergo neque de corpore ad corpus, ut res in promemoria allegato observatum, neque per vota teofism ex una religionis parte, sed comitialiter, per vota promiscua agi debere, per se patet. Si jam legatus Brandenb. Onolbacensis anno 1704 ad defendendam protestantium sententiam ad art. v. § 9. J. P. refugiat: „pluralitas votorum in causis religionem sive directe, sive indirecte concernentibus nequaquam attendatur; „tumque adjungat, neminem protestantium non cognoscere, quale prajudicium, quale damnum irreparabile eorum religioni promiscue votando inferatur, \*) id mihi argumento esse videtur, legatum gravitatem argumentorum ex parte catholicorum sentiens, hic refugisse, ut acheronta moveantur, tuteque sub clipeo hoc pugnari possit. Sic enim & ideo Magdeburgicus huic conforme, catholicis omnem de eo abnegat cognitionem, utrum res aliqua concernat religionem, nec ne, utrum qualificata sit ad itionem in partes nec ne \*\*); talis utique declaratio rerum reli-

\*) SCHAUROTH vollständige Sammlung aller conclusorum corporis evangelicorum tom. I. pag. 405. nun ist leicht zu erachten, dass keiner unter den Evangelicis seie, der nicht sehe, was für ein irreparabile prajudicium der ganzen evangelischen Religion daraus erwachse, wenn catholische zu unsern Deputatis, mitmotiren und dieselbe per majora ausmachen können.

\*\*) SCHAUROTH I. c. pag. 432. Die Evangelischen könnten den Catholicischen keine cognition gestehen, ob diese oder jene Materie religionem concettire oder nicht, ob die Materie so qualificirt seie, dass man darüber in partes gehen könnte u. s. w.

15

religionem concertientium vel directe vel indirecte si admitti debeat, tunc vale dicamus libero statuum suffragio, scipius licet legibus suffulso; tunc inutilius etiam cogitari nil posset, quam tot determinationes de rebus religionem concertentibus, tot norma particulares tam in hice, quam rebus politicis quoad modum deliberandi, determinandique in J. P. inveniendae; superfluuus foret allegat art. 8. §. 2., qui regulare tamen facile principem continet, ponique debuisset: gaudent religionis partes; non autem gaudent status; tunc non nisi de compositione amicabili sermo esse debuisset, nec oriri potuisset, nec posset quæstio de pluralitate votorum, jam ad non entia referenda; quæ omnia, nisi cum pace Westphalica, tota simul dilabatur imperii forma, contra agnitam veritatem esse, constat; in decidendis nempe juribus controversis, quæ decisionem ex j. P. habeant, eos tantum dictæ pacis passus in considerationem venire debere, qui in terminis de iis loquuntur, quicunque materiae controversæ sedes sint. \*)

#### §. 14.

Modum deputandos promiscue eligendi in natura rei, in libero statuum suffragio, fundatum, ante tempora j. P. secundum hæc principia observatum esse, acta publica satis demonstrant. Sic anno 1641, cum, ut angeretur imperii militia, conclusum esset, civitatesque imperii majus quantum conferre negarent, per deputationem, extraordinariam scilicet, hac de re cum eis actum, ubi deputatos, tam ex parte catholicorum, quam protestantium per vota promiscua electos esse & denominatos, videre est apud Londorpium. \*\*) Ait cum

\*) IRSTADT diss. de causis in quibus status imperii in partes eunt a jure suffragiorum majorum exceptis. Cap. 2. § 28. pag. 86. ubi vera hac de re principia, hic non deditcenda, invenies, cum actibus simul publicis allegatis, ubi protestantes ipsi opinionis legati hujus falsitatem agnovere.

\*\*) LONDORP acta publica tom. V. lib. I. c. 10. less. 84. 85. pag. 253.

cum gravam ipsum, hac de re in medium prolatum, in  
deputationibus nempe imperii protestantium numerum a ca-  
tholicis longe superari, usum horum principiorum satis ostendat,  
nec ita ante j. P. observatum esse, a protestantibus ne-  
getur, qui negant tantummodo, legitimum inde pro sententia  
catholicorum, ob mutatam rerum faciem, argumentum de-  
duci posse, \*) cetera pluraque adferre supercedeo, trans-  
potius ad ea, quæ hac de re in j. P. determinata invertuntur,  
ut ostendere possim, neque hic aliquid inveniri, quod muta-  
tionem in modo, ante dictam pacem usitato, involvat aut re-  
quirat, quod alium eligendi modum iusterit, vel constituerit,  
tanto magis, si ex actis publicis, deliberationibus præcipue  
constet, protestantes neque alium eligendi modum in depu-  
tationibus desiderasse, indeque nec alium obtinuisse, nec alium  
jure nunc defendere posse, ut igitur argumentum ex obser-  
vantia ante j. P. deductum legitimum haberi debeat. Liceat  
igitur mihi ea adferre, qua inter complicescentes tempore  
dictæ pacis hac de materia in medium prolatæ, quæ ideo-  
agitata, atque conclusa sint. Quod lege imperii de depu-  
tationibus imperii definitum, continet art. 5. § 51. j. P. hisce  
verbis: «In conventibus deputatorum imperii ordinariis nu-  
merus ex utriusque religionis proceribus æquetur. De  
personis autem vel statibus imperii adjungendis in comitiis  
proximis statuatur. In horum conventibus, itemque co-  
mitiis universalibus sive ex uno, sive duobus aut tribus im-  
perii collegiis, quacunque occasione aut ad quæcunque ne-  
gocia deputandi veniant, æquetur deputatorum numerus  
ex utriusque religionis proceribus.”

## §. 15.

Ut igitur hic articulus, qui sedes hujus materiæ est, ex-  
plicari possit, historiam ejus ex actibus publicis præmissi de-  
bere puto. Inter cetera protestantium contra catholicos gra-

\*) SCHAEROTH I. c. tom. I. pag. 402. 403. Electa juris pu-  
blici 1711. tom. 3. pag. 106.

vamina unum erat: in deputationibus imperii ordinariis evenientia gelicorum numerum a catholicis longe superari; illos igitur his pares constitui debere, quibus deinde deputatis sollicite fit inculcandum, ne prascriptos sibi constitutionibus imperii limites transgrediantur; ne earum rerum tractandarum fibi potestatem arrogant, quae ad comitia universalia spectent; denique in extraordinariis quoque deputationibus parem esse numerum utriusque religionis personarum observandum. Primus hic, quem invenire potui locus, ubi sermo de deputationibus imperii, hoc pertinens, in tractatibus Pacis Westphalicae occurrerit apud de *Meiern* in actis P. W.\*). Respondere catholice: ex publica lege imperii certos quendam electores, principes & status habere jus quaesitum ad ordinarias deputationes, qui videlicet ipso tempore quo pax religionis anno 1555 inita & conclusa est, inter utriusque religionis asseclas nominati & admissi sint, quique mutandi non essent. In extraordinariis deputationibus nonnunquam ad placitum casaris, electorum, principum & statuum augeri numerum personarum juxta negotiorum gravitatem; nunquam tamen auditum esse, quod in hujusmodi deputationibus ordinariis aut extraordinariis,

\* DE MEIERN acta P. W. tom. I. pag. 825, tom. II. pag. 351.  
Als auch eine grosse Ungleichheit sich bisher in dem erzeugt,  
dass auf ordinarii deputationstägen die Evangelischen von den  
römisch Katholischen weit überstimmt gewesen, halten der  
Fürsten und Stände Gefandte, zur Verhütung allerhand daraus  
erwachsender Beschwerden und ungleicher Gedanken rathfam  
und billig zu seyn, daß bei der Reichsdeputation der Evange-  
lischen deputirten Anzahl verstärkt und der römisch Katholi-  
schen gleich gemacht; sodann dieſelben mit fonderbaren Fleis-  
cinnert werden, die ihnen in Reichsabschieden gesetzte limites  
und Schranken im wenigſt nicht zu überſchreiten; noch sich  
folcher Sachen anzumaffen, welche auf comitia und vor ge-  
fammte Stände des Reichs gehörēn. Dergleichen auch bei allen  
extraordinarii deputationibus zwischen den Chur- und Fürsten-  
rath, daß nemlich ſelbe von beider Religionen zugethanen Per-  
ſonen in gleicher Anzahl jedesmal verrichtet werden, in  
Acht zu nehmen vonnothen iſt.

nariis, ubi religionis causa non agitur, ex utraque numerus par fuerit; hocque solummodo generalium comitiorum decisioni reliquendum.\*). Uterque locus, quid desiderarint protestantes, quem in hoc gravamine finem habuerint, ostendit, tempus praecipue considerando, quo id gravamen prolatum, tempus, ubi noviorum protestantium sententia adhuc incognita pro basi strui nequivantur. Videre ex hisce est, unum idemque de ambabus imperii deputationibus desideratum esse; ea enim quae in ordinatiis deputationibus de limitibus constitutionum imperii non transgrediendis dicuntur, de extraordinariis, qua per statutum in quovis casu determinantur, repeti nequivantur. In oculos porro incurrit in hoc gravamine de modo deputandos eligendi, ne syllabam quidem contineri, neque modum in deputationibus ordinariis extraordinariisque distingui. Non de eo, ut videre est, concreberantur, deputandos per majora cuiusvis collegii nominari, deligi, sed de eo tantummodo, per majora ex parte catholicorum majorem numerum, quam ex parte A. C. add. deputari; odio iis erat pluralitatem votorum, quibus deserendum erat, inter deputatos ipsos facilius ex parte catholicorum oriri posse, ita ut negotiorum exitus scipiis nonnisi a catholicis dependeret; id ut evitaretur, dicto gravamine desiderarunt, paritatem numeri

depu-

\*). De MIERI I. c. tom. II. pag. 563. 564. „Bei ordinarii deputationstigen haben Churfürsten und Stände publica lege imperii eine alte adquirite Gerechtigkeit, welche eben damals, wie anno 1555 der Religionsfriede geschlossen, unter beiderseits Religionverwandten Ständen geordnet und verglichen, wobei es billig zu lassen. . . . Die extraordinarie deputationes werden nach Wichtigkeit der vorfallenden Reichsfachen zuweilen über den ordinarium numerum bei gemeinen Reichstaggen von Kaiserl. Majestät, Churfürsten und Ständen verstärkt. Es ist aber aus vorigen Reichsabschieden vor und nach dem Religionsfrieden bis auf gegenwärtige Zeit nicht zu vernehmen, dass beide Religionverwandte in gleicher Anzahl in Verrichtung derer ad visitationem ordinarias vel extraordinarias gehöriger oder anderer Reichsgeschäften wären verordnet worden; dahero die Katholischen sich ihres Orts hierüber und außerhalb eines ordentlichen Reichstags nicht zu resolviren wissen.“

deputatorum ex utraque religione observari. Formam igitur deputationum, quae displicebat, quae periculosa videbatur, mutari optarunt, de eaque, uti verba indicant, reformationem penierunt, observato alto de mutando modo silentio. Modus enim deputandi acta ut probant atque gravamen ipsum, tam in deputationibus ordinariis, quam extraordinariis erat, in electione personarum comitaliter concurrens, promiseuit tam ex parte catholicorum, quam protestantium votando; id compacientes nec ignorare poterant, nec ignorarunt. Si ergo protestantes modum deputandi ipsum mutari desiderassent, hic fuisset questionem de eo movendi locus; hic nisi principia observantiae tam indubitate haec in eo imposterum validura agnoscere ac sequi vellent, contrarium petere necessitas eis imposuisset, curareque, ut de eo deliberaretur, & nisi praesenti conventione, in proximis saltem statueretur committi. Id naturam gravaminis, mutationis, legisque correctoria exigere planum est. Ait altum de eo, licet alias de minutissimi querrebatur, in tractatibus Pacis Westphalicae silentium, ita ut ne indicium quidem, lectis licet relectisque eius, talius petitii invenire possibile mihi fuerit. Gravamen semper idem, semper aequale sibi mansit, sive & catholicorum responsiones, firmo satis argumento, modum eligendi in deputationibus imperii consuetum placuisse. Gravamen ergo ipsum secundum temporum & observantiae circumstantias consideratum, per se satis probat, art. V. § 51, nec mutationem modi electionis contineat, nec ex ejus verbis ipsis, nec ejusdem tractatibus de eo declarari posse.

Contenta gravaminis allegati diutius si consideres, maximum protestantes in eo posuisse gravamen, summoque eis hoc tempore tedium fuisse parebit: in deputationibus ordinariis, eorum deputatorum numerum a catholicis longe superari, cum id eis prejudicio perpetuo irreparabilique ex natura harum deputationum fuisset, nisi hac tolleretur pace. Partitatem inde utriusque religionis personarum, observato omni

ni de modo electionis silentio, & hanc solam petiere. Cum ergo in hisce deputationibus, ubi ex earum natura præjudicium perpetuum timendum, si semel promiscue votando deputati electi essent, neque modum alium petierint, neque, uti art. V. § 51, observantiaque agnita, infra aleganda, satis testatur, obtinuerint; tunc multo minus adhuc de deputationibus extraordinariis, licet hodiendum graviores evaserint, de quibus quaestio tantummodo per modum, ut ita dicam, appendicis, annexebatur, ubi idem non imminebat præjudicium, protestantes alius quid desiderasse verosimile est, aut solummodo cogitare licet. Ait eos idem de ambabus petuisse deputationibus, propositionum in gravamine contentorum conjunctio, indicat; unus igitur omnes continet gravamen, uno eodemque contextu ambarum sit mentio, satis inter se per verba dergleichen auch connexis, puncto licet intercedente, de eo potius declarando, quod cum summum de deputationibus ordinariis imminaret præjudicium, de his prius sermo, prius petitio instituta, quæ, licet eadem & de extraordinariis valerent, ne idem bis inepte poneretur, per verba dergleichen auch satis connectendo repetuntur. Hanc declarationem, de ambabus nempe idem petitum esse, plures in tractatibus P. W. loci suffulciunt. Sic respondere protestantes ad catholicorum responsionem supra allegatam: circa octavum gravamen (id numero erat) necessarium esse, ut quæ hic proposita sint effectui dentur, & non solum in ordinariis deputationibus imperii, sed etiam extraordinariis publicarum dictarum observetur paritas deputatorum ex utraque religione, sive ex uno, sive ex duobus vel tribus statuum collegiis sit facienda deputatio. \*) En igitur locum, ubi ne punc-

\*) Das 8te Gravamen anlangend ist nothwendig, daß der darin gehane Vorschlag zu Werke gerichtet, und nicht allein bei den ordinarii Reichsdeputation die Anzahl der deputirten von beiden Religionen gleich gemacht; sondern auch bei allen extraordinarii deputationibus auf Reichsconventen solche Parität in Acht genommen werde, es ergehe die Deputation von einem, zweien oder allen dreien Reichscollegiis. De MEJERN l. c. tom. II. pag. 572.

to quidem interveniente idem de ambabus deputationum spe-  
ciebus assertur, petitur, ubi de novo modo introducendo ne-  
que cogitatur, neque partis religionis alia mentio fit, quam  
ut harum ratione paritas numeri personarum observetur; ubi  
solummodo de collegiis imperii quia talibus, in causis religio-  
nem non attingentibus archissime conjunctis, sermo; ubi ergo  
alia mens inveniri nequit, quam idem de ambabus deputatio-  
nibus valere debere, quod conjunctionis verba: *sondern auch*  
*confirman*t, i. e. non in deputationibus solum ordinariis jam  
existentibus, sed etiam iis quæ casu singulari, fortuito, ex  
omnium statuum consensu exstituerint, idem observetur,  
paritas numeri personarum ex utraque religione locum ha-  
beat. Ceteros, hanc justificantes declarationem, locos vide-  
sis apud de Meiern \*). Catholicorum responsio, initio paritati  
numerii deputatorum ex utraque religione contradictentes,  
huic plane adequata; si let nempe de modo, firmo argumen-  
to, hanc cordam non esse tactam. Certo enim paritatem  
numerii abnuentes, de tali contra apertam observantiam in-  
troducing mutatione non tacuissent, cum eo ipso quilibet  
eorum juri in electione deputandorum comitaliter concurren-  
ti abdicare necessario debuisse; juri quod omnibus compete-  
re statibus, catholicos semper tenuisse, vel ipsa hæc respon-  
sio, totam ad comitia remittens materiam, satis affirmat. Si  
ergo in deputationibus ordinariis quoad modum ipsum nihil  
immutatum esse ex agnita a parte protestantium observantia  
infra sim offendurus, si unum idemque pétitum esse & in ex-  
traordinarii ex antea dictis pateat, idem & in hisce quoque  
sustineri defendique naturalis sanaque gravaminis allegati, le-  
gisque interpretatio jubet.

## C 3

## §. 17.

\* De MEIERN I. c. tom. III, pag. 166. 167. in der ferneren Er-  
klärung der Protestationen: auf den Reichsdeputationstagen soll  
die Anzahl der Deputirten von beiden Religionen gleich ge-  
macht, wie auch auf Reichstagen bei allen Deputationen, sie  
ergehen von einem, zweien oder allen drei Reichscollégies  
solche Parität in Acht genommen werden. Correspondet cum  
hoc tom. III, pag. 285. & 300.

§. 17.

Ex eo quod catholici paritatem numeri personarum utriusque religionis in deputationibus imperii in tractatibus P. V. plane abnegarent, totamque materiam non nisi in comitiis majoribus deliberari posse ac debere prætenderent \*) protestantes vero eo redirent, ut nisi hac pace omne collatur punctum, quæstionem saltēm an hæc religionis paritas obtineri débeat, determinari debere, defenderent ac pterent, remissa denominatione personarum deputandarum ad proxima comitia, ex eo, inquam, declarari poterit & projectum ex parte protestantium prolatum, & art. V. § 51. supra allegatus, huic injuncti, cur nempe non una eademque propositione, sed puncto intercedente, de deputationibus extraordinariis nova propositione determinatio facta sit? Projectum a legato suevico *Salvio* confectum, sequens erat: „ordinariorum deputatorum numerus ex utriusque religionis proceribus æquetur; de personis autem in proximis statuatur comitis In deputatorum conventibus, itemque comitiis universalibus sive ex uno, sive duobus aut tribus imperii collegiis deputandi veniant, æquetur deputatorum numerus ex utriusque religionis proceribus. „ \*\*) Correspondet id cum protestantium declaratione in punto gravaminum legatis Suevicis exhibita § 20: „in coventibus deputatorum imperii ordinariis numeros ex utriusque religionis proceribus æquetur, de personis autem in comitiis proximis statuatur. In horum conventibus, itemque comitiis universalibus, sive ex uno sive duobus aut tribus imperii collegiis quacunque occasione, ad quæcumque negotia deputandi veniant, æquetur deputatorum numerus ex utriusque religionis proceribus. „ \*\*\*)  
Idem continetur in declaratione cæsareanorum\*\*\*\*) eodem modo res composita \*\*\*\*\*) quæ compositio § pho. 51. art.

V.

\*) De MEIERN I. c. tom. II. pag. 563, 564, tom. IV. pag. 84.

\*\*) De MEIERN I. c. tom. III. pag. 433.

\*\*\*) De MEIERN I. c. tom. IV. pag. 89, 108.

\*\*\*\*) De MEIERN I. c. tom. IV. pag. 127, 150.

\*\*\*\*\*) De MEIERN I. c. tom. IV. pag. 202, 246, 274, 292.

V. supra allegati continetur. Cum nempe deputationes ordinariae, ut ex legibus patet, in perpetuum validitatem, stabiles, semperque subsisterent; denominatio personarum adjungendarum fieri poterat vel statim, vel, catholicis hanc materiam ad comitia semper remittentibus, convenia falso affirmatio ne questionis an, denominatione vero ipsa ibi remittenda, determinatio haec hac lege factenda, necessariò, propositione separata fieri debebat, cum idem de extraordinariis deputationibus affirmari atque constitui posse, impossibile erat. De his enim, casu, negotiis obvenientibus orturis, ignotoque plane quo runc constiterent numero, ex earum natura, deputandos in eventum in proximis comitiis determinari, repugnat. Quidquid ergo de denominatione deputandorum in proximis comitiis hac lege determinandum, propositione separata ut fieret, necesse erat, cum hoc unice ad deputationes ordinarias, differentia nempe accidentalí, non essentiali, ad extraordinarias non quadraret. Inde declarandum, cum sommmodo, ut determinatio adjungendorum seu deputandorum in proximis fieret comitiis, ad deputationes extraordinarias non quadraret, paritas vero numeri religionis de eis eodem modo, quo in ordinariis cōventa ac constituta erat, cur missa de electione in proximis comitiis mentione, tantummodo ob catholicorum oppositionem ratione ordinario rum facienda, omne illud repetetur, quod ab initio in gravamine allegato desideratum; idem nempe de ambabus deputationum speciebus, quod in projecto protestantium hoc Spho allegato in oculos incurrit, excepto uno accidentali: in proximis comitiis. Inde repetitum est: in deputatorum conventibus, vel secundum declarationem protestantium, allegatam & instrumentum Pacis: in horum conventibus, itemque comitiis universalibus. . . . Si ad quæcumque negotia deputandi veniant, equeatur deputatorum numerus ex atrisque religionis proceribus. En igitur utrum quid vel minime essentialiter diversi de deputationibus extraordinariis constitutum sit, quod non iisdem verbis, eademque intentione de ordinariis statutum? equeatur deputatorum numerus ex atrisque religionis proceribus,

*bus, sunt quæ tam de ordinariis quam extraordinariis deputationibus imperii uno eodemque modo unaque petierunt, sunt, quæ obtinuerunt. Quid enim hic de modo? Sane nihil; non dicitur: æquetur deputatorum numerus ab utriusque religionis proceribus; sed ex proceribus, quod utique, modo antiquo satis noto, si cuique religionis parti denominatio deputandorum scorsum competere debuisset, aut desiderata esset, a providis, cautisque projecti auctoribus intermissum non foret, nec omitti potuisset, ut nempe tolleretur observantia anterior, & agnita.*

§. 18.

Magis magisque hæc omnia per ea, quæ durantibus hisce P. W. tractatibus peracta sunt, confirmari, cum sic, quid proprie intenderint compacifcentes melius eluceat, ex sequentibus patet. Eo tempore cum de tollendis in medium prolati gravaminibus deliberaretur, maximaque ex parte quæstio de deputationibus imperii exorta, jam composita, jam decisa erat, differentias domos inter Hassiacas summo pacis compositioni impedimento esse communiter agnebatur; deliberatione inde in tribus imperii collegiis, quomodo hisce mendendum sit differentiis, instituta, conclusum collegii principum sequens erat: „ Deputati extraordinarii von drei Reichsräthen, sollen die Casselischen und Marburgischen in den Bischofshof bescheiden, jene in utroque punto, diese aber in causa Marburgensi die Nothdurft vortragen und zu Gemüth führen. Quinam sint deputandi? Salzburg votando: Oeffreich, Bamberg, Praelaten Altenburg, Zelle, fränkische Grafen. Confirmat se cum yoto Salisburgensi Magdeburg — alt Neuburg votando determinabat: Salzburg, Bamberg, Praelaten, Altenburg, Braunschweig, fränkische Grafen. — In Ende und nach dem man ringsherum votirt, scind die majora dem Neuburgischen voto beigefallen. „ \*) En igitur modum a compacifcentibus ipsis, ab auctoribus pacis Westph. obser-

v4.  
\*) Protocollum hujus deliberationis repertus in extenso apud P. MEIERN I. c. tom. IV. pag. 625. usque 636.

vatum; tempore, quo paritas deputandorum desiderata, con-  
cedebatur, quo ergo, quomodo paritas utriusque religionis  
petita, quid in deputationibus imperii mutatum sit, practice  
ostensum. Modum enim si variari projectum, petitum prote-  
stantium fuisset, eos hic sane, ut hæc principia in usum veni-  
ant, curaturos fuisse, tanto magis dubio caret, quam denomi-  
natione non nisi de adjungendis ad deputationem ordinariam  
in proxima comitia delata, de deputationibus extraordinariis,  
tota statim utriusque religionis paritas, secundum mutatum  
novumque modum applicari potuisset, aut potius debuisset.  
Ast collegialiter plane, promiseue votando deputatos electos  
esse, more ergo modoque ante P. W. usitato, ne ulla quidem  
de novo modo mentione facta, protocollo allegatum in su-  
stentationem sententia catholicorum cuilibet indicat, ita ut  
vel ex hoc solo pateat per art. V. § 51. J. P. novum depu-  
tandi modum in deputationibus imperii introductum non esse.

## S. 19.

Si ergo observantia ante P. W. pro catholicorum militet  
sententia; si protestantes gravamine allegato, non nisi pari-  
tatem numeri personarum, altum de modo observantes silen-  
tium, petiere; si J. P. ipsum in modo deputandi, variata tan-  
tummodo deputationum forma, nil mutaverit; nil profecto  
obstar, cur principium illud juris universalis: quod mutatum  
non est, cur ei stare prohibeat? applicari possit & debat?  
id quod expressa ejus in J. P. facta agnitione, quoad totam  
suam extensionem locum invenire debet. \*) nam sit mutua  
& exacta æqualitas inter utriusque religionis status, quate-  
nus *forma republicæ, constitutionibus imperii & præsenti conven-*  
*tioni conformis* est, jubet J. P. O. \*) Coincidit cum hoc  
quid.

\*) Hæcce principia catholicos semper tenuisse, vide sis apud  
SCHAUROTH I. c. tom. I. pag. 401, seq.

\*\*) Art. V. § 1.

quidquid de lege posteriori correctoria in jure valere notum, quam stricte & non ultra literam interpretandam esse, communis doctorum sententia tenet. Inde ergo obliterantia ante J. P. O. in hac materia usitata tamdiu conservanda, tam diu pro ea tanquam norma legali respondendum, donec mutatio ejus expressa ostendi possit; quæ cum tantummodo in J. P. formam deputationum attingat, modum vero intractum relinquit, nec ad modum deputandi extendi posse principia hæc postulant, cum quilibet lex pro substrata solummodo materia, ex perito, ex deliberationibus, tractatibusque præuentibus cogosceda, atque declaranda sit.

S. 20.

Aliam hujus legis interpretationem nec legati ad pacem conficiendam missi, nec scriptores protestantici ipsi, qui opera sua immediate post J. P. confectionem in lucem dedere, sciverunt; ita & non aliter declararunt mutationem per allegatum art. V. s̄pnum 51. in deputationibus imperii factam; viri tamen, qui sensum ejus, eo accuratius tenuisse, quo vixerint ei proprius, ne dubitari quidem poterit, quicque eodem pro parte religionis sue servore imbuti, quo instrumenti Pacis auctores, aliquid in detrimentum ejus defendisse, nisi veritas id postulaverit, cogitare nefas est. Sic *Franciscus Irenicus* pro utilitate partis religionis sue sub ficto hoc nomine, omni, quo poterat, studio militans, & ipse facetur, deputandos ad deputationes extraordinarias promiscue votando per vota majora eligendos esse. „ Postquam, inquit, inter se convenere (de deputatione extraordinaria) tria collegia, deputantur a singulis collegijs præter ordinarios alii & quidem ambulatorii deputati (i. e. transeunte non perpetuo jure), quam nuntiaturas deputationem vocant; constituantur tales deputati per majora cuiusque collegij, ita ut parificetur numerus utriusque religionis. „ \*) Eadem defendit vit in jure publico certe expertissimus,

\*) FRANC. IRENICUS in collegio juris publici rom. Germ. in Philippi Andr. Burgoldensis discursus historico politicos ad J. P. Ol nabrugo — Monasteriensis 1670. part. 3. pag. 23.

simus; per plurimaque scripta celeberrimus, nec minus immediate post. J. P. auctor protestanticus. „Constituntur, sunt verba ejus, tales deputati (in deputationibus extraordinariis) per majora cuiusque collegii, ita ut parificetur numerus utriusque religionis. \*) Novitatem igitur sententiae protestantium in hac materia scriptores eorum ipsos ostendere ex hoc videre est, quae si observantiam immediate J. P. subsecutam consideraverimus, magis adhuc elucescit, quaque principiis solummodo convenientiae, favorabilius fortasse quandoque protestantibus fore, scorsim si eligendi essent deputandi, tribuenda, eo ipso satis indicat, principia hæc noviora, iis ignota temporibus, nec pro basi fui potuisse, nec igitur hodie, eo quod sint nova, applicari posse.

## §. 21.

Si quid dubii adhuc resideret, observantiam P. W. immediate subsecutam, vel declarare, vel determinare id melius posse, cum probationum in jure publico fontibus adnumeretur, ut ostendam necesse non est; agnita sunt principia & indubitate; mihi igitur nonnisi restat, quam ut, quæ fuerit de hac materia observantia, afferam, ad quod nunc proprio. In proximis post. P. W. comitiis anno 1653, cum cæsarea proposito de die ad diem, facta licet per resolutionem expressam de 11 Febr. dicti anni, de ea 10 Martii facienda, promissione, ob differentias, præcipue reginam Sueciæ inter & electorem Brandenburgicum, ob ulterioris Pomeraniæ restitutionem ortas, longe nimis differreretur, elector Brandenburgicus tandem, ne ob solas hasce differentias totius imperii conventus in deliberationibus amplius impediretur, proposuit, ut cæsarea majestati, licet ante propositionem cæsaream solemnam, publicæ sessiones inter statu's institui non solerent, placeret, has differentias tanquam totius imperii causam collegiis imperii ad deliberandum proponere; quod etiam nomine imperatoris per directorium Austriacum factum est. Conclusum ex-

## D 2

\* ) ANASV. FRITSCHIVS tract. de convenientibus deputatorum ordinariis, 1679. cap. 9, de deputationibus extraordinariis § 5, n. 22.

traordinarii hujus conventus erat, ut ad consciendum litterarum ad reginam Sueciae mittendarum conceptum, deputarentur status ex unoquoque imperii collegio. Ex principum inde collegio electi sunt: *Ostreich, Bayern, Salzburg, Bamberg, Bisanz, Altenburg, Culmbach und Braunschweig-Lüneburg-Wolfenbüttel.* Deputatio utique extraordinaria, ubi de eo, deputandos seorsim a religionis partibus eligendos esse, ne cogitabatur quidem; ordinario eligebantur modo, ante P. W. consueto, quod vel ex eo jam constat, ex parte protestantium in hisce conventibus viginti defuisse vota, observari. \*) Paulo post in medium ab Altenburgico prolatu, ut saltem, cum cæsarea proposicio differenda adhuc sit, preparatorie de quibusdam ageretur materiis, ad facilitandam in conventu imperii deliberationem, duodecim sessiones extraordinarie ex imperatoris consensu \*\*) a statibus imperii, principibus præcipue habitæ sunt. In congressu extraordinario quarto ubi de evacuatione urbis Vechte deliberabatur, vota eo redibant, ut deputatio extraordinaria ad hoc finiendum negotium ex septem circulis eligeretur. Reassumta hac materia sessione undecima directoriū Austriae proponebat: „Die Stände würden sich erinnern, was Geftalt bei vorigen Sessionen geschlossen, daß die Vechtische Sache vor den deputatis aus den 7. Zahlkreisen vorgenommen werden sollte, weil aber deshalb Irrungen entstanden, als wäre für gut befunden worden, zur Umfrage zu stellen, ob anstatt der Creis, eine Reichsdeputation aus allen collegiis beliebt werden sollte. Deutschmeister votando ad hanc deputationem nominabat: ex secundo ecclesiastico: Salzburg, Münster, Osnabrück und Prälaten; von der weltlichen: Bayern, Zweybrücken, Sachsen, Brandenburg, Wolfenbüttel, Wirtenberg, und die Wetterauische Grafen; cum hocce voto se confirmabant: Würzburg, Augsburg, Costanz, Sachsen-Weimar, Sachsen-Gotha, Sachsen-Eisenach, Basel, Baden-Baden, Ellwangen, Prüm, Arenberg und Zellern.“ \*)

\*) DE MEIERN acta comitialis tom. I. pag. 53. 58. 1. B. § 11. 12.  
pag. 64. n. 2.

\*\*) DE MEIERN 1. c. pag. 71.

\* ) alias vero præcise & circulis eligendos esse votantibus, *conclusum*: „ so viel die Vechte anlanget befindet sich dasd die vota etwas ungleich ausgefallen, zwar die deputation aus allen dreien Reichscollegiis zu nehmen; aber eines theils hierzu aus diesem löblichen Fürstenrath: Salzburg, Strasburg, Gößnitz, Münster, Osnabrück, Prälaten, Bayern: aus den Häusern Sachsenbrandenburg, Wirtenberg, Hessenkassel, Wetterauische Grafen ernannt.“ \*\*) Sic igitur observationem sententia J. P. optime declarare, atque unice pro catholicorum sententia pugnare, non est ut moneam, cum actus ipsius a confectione legis nullatenus remoti, loquantur. Ultima quidem deputatio ob præcedentiae controversias suam non vidit existentiam; ast nihilominus ex hoc videre potest, *promiscue votando* deputandos eligendos & electos esse, de parte religionis qua tali non esse cogitatum, sed totum principium collegium, singulique uti de quæstione an? Sic & de eo, quinam sīnd deputandi? vota promiscue dedisse.

Sessione extraordinaria 7ma die  $\frac{1}{2}7$  April. deliberatum, quomodo monita principum ad capitulationem cæsaream facienda, & electoribus tradenda essent? decernebatur, ut deputati extraordinarii hæcce monita colligerent, in pleno ante cum electoribus communicationem, referenda. *Conclusum* per Oestreich: „ So viel die Deputation in puncto capitulationis an lange, solle dieselbe ex utraque religione pari numero 6 oder 7, auf beiden Seiten genommen, die Benamsung aber einer und der anderen Religionsverwandten *beimgestellt* und also bald expediret werden. „ \*\*\*) Quod igitur *conclusum*,

D 3

cum

\*) HENNIGES Meditat. ad J. P. Mantissa I. p. 44.

\*\*) DE MEIERN act. Comit. tom. I. pag. 200. 1. B. § 28. n. 4.

\*\*\*) DE MEIERN l. c. Simile *conclusum* invenies apud SCHAUROTH concil. corp. evang. tom. I. pag. 414 ubi allegatur *conclusum* per Salzburg. Id in actis comitalibus hujus anni invenire non potui, sed *conclusum*, per Oestreich; nec siccio extraord. 7ma die 7 May / 17 Apr. sed 17 / 27 Apr. habita esse vi-

cum cuilibet religionis parti deputandorum determinatio, & primo quidem ex parte catholicorum A. C. add. parti *libere* relinquetur, ostendit, id non communiter ast contrarium in usu fuisse, denominationem nempe non seorsim, sed promiscue votando fieri solere; hic vero sponte, ex libero statutum consensu cuique parti seorsim relinqu. Aliud verba, hisce occasionibus usitata: *heimgeben, heimstellen, überlassen,* freystellen non indicant. Quod enim quis jure perfecto petere, quod cuidam vel legibus vel obseruantia competit, ut preceario sumat, ut exercitium hujus Juris ex bona sollemmodo alterius partis voluntate, ex libero ceterorum consensu, per verba, facultatem deputandos connominandi sat clare indicantia, concedatur, nec necesse, nec suadendum esse, nec absque contradictione & protestatione permisum fore, probationem neminem a me requirere puto. Ad qui ergo separata permisso, *eine Heimstellung, si rei natura id non exigisset?*

§. 23.

Propositio ipsa a directorio Austriaco sessione undecima die 14. May non cuilibet religionis parti, sed toto principum collegio facta, id magis adhuc confirmat; en eam: „ Als auch bei vorigen Sessionen dafür gehalten, daß der Punct den Unterhalt der C. G. Personen betreffend ante propositionem (caesaream) per deputatos wohl könnte abgehandelt werden, so wolle man vernehmen: ob die Stände (non ergo, an religionum partes, an catholici ex una & protestantes ex altera parte eligere vellent) zu dieser Sach' Behus etliche deputiren und benennen wolten. Salzburg votat: man könne es bei den ordinariis deputatis lassen, jedoch mit adjunction Salzburg, Bamberg, Sachsen-Altenburg und Würtenberg. Magdeburg, weil bishero die Berathschlagungen und deputationes ordinaria gewesen, so mögten zur extraordinari deputation nachfolgende gezogen werden: Oestreich, Salzburg, Deutschmeier.

meister, Costanz, Hildesheim und Prälaten, dann Sachsen-Altenburg, Culmbach, Wolfenbüttel, Wirtenberg, Meklenburg und Wetterauische Grafen.”\*) En igitur, si unquam nominari poterit, perfecte seorsim factam denominationem deputandorum, quæ iterum anteriorem liberam relictionem optime declarat; promiscue, uti ante J. P. sic & nunc votabatur, ut ex eo mens art. v. § 51. satis eluceat. Sessione jam subsequenti duodecima 28 Maji deputabantur ex scamno ecclesiastico: Oeffreicb, Salzburg, Bamberg, Würzburg, Cosnitz, Münster, Weingarten; ex sacerdotiis: Bayern, Sachsen-Altenburg, Braunschweig, Pommern, Wirtenberg, Hessen. & ex comitibus Fürstenberg. Haec igitur ex sciamnis deputandorum denominatio, eam non a singulis religionum partibus, non seorsim, sed promiscue votando factam esse, per se jam probat, quodque votum Magdeburgense extra omne dubium ponit, præcipue cum hac denominatione facta disparitas personarum ex utraque religione appareret, quod sane, nisi promiscue votando, fieri non potuisset. Inde postea his, ut par esset utriusque religionis numerus additi: Culmbach, Meklenburg, Anhalt und Wetterauische Grafen.\*\*) Horum denominatio secundum conclusum a Schauroth allegatum \*\*\*) A. C. addictis relinquebatur: „Weil bei dieser deputation sich eine disparitas religionis befindet, so wurde denen der A. C. freigestellt, ob und welche sie aus ihren Mitteln dazu benennen wolten; „quæ iterum libera electionis relictio, conjuncta cum anterioribus votis, modo que quo ceteri electi, quæ hucusque de observantia pro catholicorum sententia militante dixi, firmiora adhuc reddit. Quid valeat interim de tali libera relectione, Freistellung per se spectata, § anteriori annotavi, Convenit cum hoc, quod sessione ordinaria 6ta die 29 Jul. 1653. actum. Cum nempe in tribus imperii collegiis, habita re- & correlatione conclusum sit, quid ad petitionem legati Poloniae & Angliae, de ferendo eis

\*) De MEIERN I. c. SCHAUROTH I. c. tom. I. pag. 445. HENNIGES  
Meditat. ad J. P. Spec. V. Manr. I. pag. 45.

\*\*) De MEIERN auct. comit. pag. 201. 203.

\*\*\*) SCHAUROTH I. c. tom. I. pag. 414.

eis a rom. imp. germ. contra hostes auxilio, respondendum, & quomodo gravaminibus contra Franciam medendum, directoriū Austriacum hac sessione proponebat: an hæcce conclusa per directoria, an per deputatos cæsareæ majestati tradenda sint? *conclusum*: „die Überreichung könne wohl durch eine enge deputation, als niemlich von jeder Bank nur 3 verrichtet werden; ast vorabant Sachsen Altenburg, Culmbach und die Braunschweigischen, dass es dieserwegen bei der deputation ad re- & correferendum zu lassen; wollte man aber ja vor diesmal die deputation etwas enger einziehen, müste es nicht zur consequenz gezogen werden und pari numero von beiden Religionen seyn, wozu dann auch *ex parte catholicorum* ein Prälatischer und *a parte evangelicorum* ein geistlicher Abgesandte könnte genommen werden. „\*) En igitur votum protestantium in personam deputandorum catholicorum, quarum denominatio, si non promiscue, sed seorsim facienda fuisset, si jus religionum partium est, eos non attineret, omnia arbitrio alterius partis, suos solitummodo nominantis, necessario relinquendum,

## §. 24.

Seorsim igitur denominandi deputandos permissiones, Heimstellungen, Freistellungen alium habere non posse sensum, quam quod, iure coniuncti licet competente, hoc tamen casu denominatio unicuique religionis parti, relinquitur, acta conventus imperii anni 1654, primi & continuati post J. P. confectionem, ubi ergo & sensus ejus, & quænam praesenti conventu agitata actaque erant, recenti tenebatur memoria, demonstrant. Cæsarea Majestas a statib[us] imperii desiderans, ut punctum tranquillitatis & securitatis publicæ ante convenus hujus finem, per ordinationem aliquam imperii (eine Reichsverfassung) terminarent, id deliberationi statuum per decretum de die 19. Mart. 1654, subjici curavit. Directorium inde Austriacum die 28 Martii hujus anni proposuit: „Ratione futuræ securitatis wolten Ihro Kaiserl. Majestat gern

\*) De MEIERN act. comit. I. Th. S. 343. 2. B. § 18. n. 3.

gern vernehmen, was Churfürsten und Stände vor Mittel an die Hand nehmen würden, votabat jam: *Bayern*: zur Verhütung künftiger Gefahr würde requirirt eine Reichsverfassung; dero Behuf wolte die Executionsordnung zu revidiren und per extraordinarios deputatos vorzunehmen. Weil nun eine solche Verfassung auf die Kreise ablaufe, wären ex singulis circulis deputati zu nehmen. Die Oestreichischen und Burgundischen Kreise mögten die ihrigen selbst benennen; aus dem Fränkischen Kreise schlage er vor: Bamberg, Culmbach, Coburg. Aus dem Bayrischen: Salzburg und Bayern. Aus dem Schwäbischen: Cosnitz und Württemberg. Aus dem Oberrheinischen: Worms und Hessenkassel. Aus dem Westphälischen: Münster, Osnabrück. Aus dem Niederfächsischen: Hildesheim, Bremen, Magdeburg, Braunschweig und Meklenburg.

*Magdeburg*: zur besseren Versicherung seie eine Reichsverfassung vorzunehmen, worin er sich mit *Bayern* confirmire, nur dass aus dem Oberfächsischen Kreise mögte Altenburg hinzugezogen werden.

*Simmern*: aus dem Bayrischen voto habe er vernommen, dass aus dem Oberheimischen Kreise Simmern vorbeigegangen, da derselbe doch darin das directoriū führe; reservire ihm deswegen reservanda.

*Lödern, Neuburg*: wie *Bayern* und *Magdeburg*.

*Bremen*: weil inter deputatos die paritas religionis müsse observirt werden, könne man im westphälischen Kreise Vehren den mit dazuziehen.

*Worms*: Coburg qua Coburg gehöre nicht in den fränkischen Kreis, man könne davon Altenburg aus dem oberfächsischen Kreise nehmen.

*Altenburg*: er wolle sich ratione modi agendi & deputandorum mit *Bayern* und *Magdeburg* confirmiren, cum contradictione gegen *Neuburg* ratione des westphälischen Kreises.

*Gotha*: ratione deputandorum & numeri ad majora; paritas religionis müsse dabei observirt, und aus dem oberfächsischen Kreise mehr als Altenburg genommen werden,

Pommern, Halberstadt, Minden, Mecklenburg eodem modo votabant, addito semper; paritas religionis müsse dabei observirt werden.

*Conclusum.* Betreffend nun diejenige so hierzu (ad deliberationem de puncto communis securitatis & defensionis publicae) im Namen gesamter Stände zu deputiren, werde dem Churrhein- und auch dem Oestreichischen und Burgundischen Kreise heimgestellt, \*) wer iherthalben zu dieser deputation verordnet werden mögte. Aus den anderen Kreisen wären die Aufschreitenden Fürsten und an dero Namen ihre anwesende Gesandtschaften zu verordnen, doch hierbei eine gleiche Anzahl von beiden Religionen zu observiren, und werden sich beide Theile aus einem und dem anderen Kreise zur Erhebung der Parität für weitere Stände beizuordnen seien, zu erklären wissen. \*\*) Aliam igitur vides deputationem extraordinariam placitam, modumque quo eligebantur & eligendi sint deputandi. Promiscue id factum esse, in octilos incurrit; ne verbo quidem cogitabatur de religionis parte, qua tali, de jure aliquo eligendi extraordinatio, exclusivo monito licet scipio adiecto, paritatem numeri personarum ex utraque religione observandam esse. Sic observantia antiqua ante J. P. usitata & per hanc deputationem confirmatur; ostendens simul protestantium intentionem hujus temporis nullatenus fuisse postulandi novum deputandi modum, nec igitur per J. P. obtinuisse. Cumes enim tam in personas catholicorum quam protestantium votarunt, eodem quo 1641 modo. Imo Gothanus expresse ratione deputandorum & numeri ad majora provocat, publico arguento, ita juris esse & esse debere. Exinde igitur conclusi allegati finis: es werden sich beide Theile zur Erhaltung der Religionsparität zu erklären wissen ex-

\*) En liberam religionem, eine Heimstellung, quis inde deputados ex hisce circulis a ceteris statibus eligi non potuisse defendet? nonne potius contrarium cluescit, eligendos quidem ab omnibus esse, ast libere pro hoc casu hisce circulis committi?

\*\*) De MEIERN act. comit. I. Th. pag. 1023, usque 1032. 7. B.

explicandus i. e. se declaratras fore secundum modum super  
hac materia in publicis deliberationibus usitatum, quemque  
presentem vidimus. Hoc innixus principio deliberatione su-  
per eo continuata Altenburg votat: „ Errinerte, das die  
gestrigen Tages per majora benannte deputati, dem concluso  
einzelna inserirt werden.

Hildesheim wie Altenburg,

Wolfsbüttel erinnert das nemliche wie Altenburg, Hil-  
desheim und Gleichstimmende, „ \*) Per protestantes igitur  
ipsos hic agnatum, deputatis per majora esse denominatos &  
denominandos; quod legitime factum esse nemo eorum dubi-  
tat, nemo contradicit, postulant inde hi optimo jure, ut legi-  
time electi etiam infestantur concluso,

### §. 25.

Hanc observantiam per adducta satis jam jam firmatam,  
singulis fere annis magis magisque suffulci, ex sequentibus  
patebit. Anno 1663 mense Mayo, deliberatione super extra-  
ordinaria deputationis habita, conclusum de ea per Austria-  
cum publicatum, non deputatos Catholicorum solum, sed  
etiam A. C. add. proferens: Bremen, Pfalz - Lauen & Halber-  
stadt, firmo satis arguento, promiscue votando eos electos  
esse. Nec ulla ex parte adversa contradictio prolat a nec ulla  
adjecta reservatio. Grate erant utique hujus temporis hic  
denominatae protestantibus personae, quas, jam mense Martio  
nominasse, an jure? si dicarent saltem optasse vel recommen-  
dasse, prætendunt; ast catholicos in eorum, quorum deputa-  
tio protestantibus placeret, electionem votasse, jus eligendi  
ipsum nec mutat, nec minuit, illud solummodo ostendens,  
eos amore publici, pacifice hujus temporis, vel dignissimis  
votum dedisse, vel gratissimis. Imo id jus tota principum  
conventui, non singulis collegiis partibusque competere,  
protestantes ipsi contra comites defendunt. Comites enim  
Wetteravici & Suevici cum se ipso facto deputationi adjunx-  
erint, non obstat, sed etiam approbat, ut deputati, qui non  
sunt electi, ad hoc iuramentum, quod deputati, qui sunt  
electi, iurant, possint interficere.

\*) De MEIERI I. c. pag. 1034.

iffent, protestantes de eo indignari; non singulis collegis, sed *toto principum collegio* deputandos suo e corpore eligendi ius competere, afferunt; quod ex parte adversa verorum principiorum, observantiaque allata agnitionem prodit. \*)

## §. 26.

Alia deputatio imperii extraordinaria anno 1681, cum de pace cum Francia ineunda Francofurti congressus institutus, occurrens, haec principia eo ipso, quod cuiilibet religionis parti seorsim eligendi facultas committeretur, magis firmat, cum conclusum collegii principum eo rediret, ut facultas hac *nō nisi pro hoc casu* absque ulla de futuris praeferitis que consequentia competere. Rationes publicæ, ne rixis inanibus differreretur diu optata pax, ita ut fieret, satis suadebant, præsertim cum per clausulam reservationemque concluso adjectam, quin publicam postponerent salutem, sibi satis propicerent catholicis.\*\*) Ait & hic quoque cum ex parte catholicorum Austriae & Bambergico nominato, postea Bojarum adjungi proponeretur, Palatinoveldensis & Palatino-Lauteranensis hunc votando adjuvabant, id quod legatus Magdeburgicus anno 1697 ac unicum actum noviorem pro catholicis militantem agnoscat, licet Palatino-Lauteranensis vota illud, utique superius, non satis certa, ut hanc sententiam illud.

\*) SCHAUROTH I. c. tom. I. pag. 419.

HENNIGES Medit. ad J. P. Mant. I. pag. 36.

\*\*) LONDÖRT acta publica tom. II. lib. 12 pag. 299. Gleichwie man eine enge und in wenig Personen bestehende Deputation aus bewegenden Ursachen und Niemanden an seinem compuirenden ordinarien Deputationsrechten und sonstien im geringsten nachtheilig vor diesmal am zuträglichsten erachtet, als seind erwähnt worden. — SCHAUROTH I. c. tom. I. pag. 393. Salzburg demnach man sich dahin verglichen, dass für diesmal zu Deputiren hätte, als wäre Catholicischer Seits per majora deputirt worden Oestreich und Bamberg. — Was die Reservation beträfe, würden die Portocolle zeigen, wie es vor diesem in dergleichen Fällen gehalten worden. HENNIGES I. c. pag. 47.

illorum tantummodo de numero intelligenda esse, contende velit.

§. 27.

Simili ratione ntitur denominatio deputationis extraordinariae ad pacem Riwicensem missæ. Cum enim A. C. addicti status de deputandis ex sua parte ad huncce congressum absque omni catholicorum concurfu jam inter se convenerant, personasque nominarant, Austriacus contra jus modumque id fieri strenue defendebat. Illi inde id *ad negotium solummodo facilitandum factum esse declarantes*, & ipsi jus contrarium eis haud competere agnoscunt, cum alias inutilius, periculosius que hac excusatione cogitari nil posset. Austriacus, hac declaratione, *ad facilitandum negotium* ita actum esse, contentum se dixit, expresse tamen protocollo inferendum esse, hunc actum, cum ex parte protestantium res integra amplius non sit, in ullam trahi non debere consequentiam. \*) Magdeburgicus quidem A. C. addictos non nisi more modoque consuetudo egisse, conclusaque prostare, in quibus catholici id jus protestantibus competere, agnoverint, asserit; ast qua jam dixi, quid de hac loquela sentiendum, satis ostendunt, talia, de quibus hic sermo, conclusa collegii principum invenire huccusque non potui, nec invenienda erunt, cum annis subsequentibus, ubi summe tamen de hac materia certatum, hujus farinae ne unicum prolatum sit. Illa igitur intelliget, ubi libere, ut mediretur malis, unicuique religionis parti denominacionem seorsim relictam esse, jam notum est; ubi foret utique juris paradoxon, ex actibus aut toties quoties contradictionis, aut gratuito concessis, cum adjecta expressa protestatione de non præjudicando ratione futuri, jus contrarium inferre, aut potius proprio sibi Marte arrogare velle. Recte igitur Austria-

E 3

Austria-

\*) Oestreich: Aus der Rücksicht, dass es, (die einseitige Benennung) zur Facilitirung des Werks geschehen, ließe er es dabei bewenden; jedoch sie expresse ad protocollum zu bedingen, dass, nachdem ex parte protestantium nicht mehr res integra seie, selbigen in keine Consequens gezogen werden solle. SCHAUROTH l. c. tom. I. pag. 396. & 426 nos 2111

striae unice ad protocolla absque allegatorum refutatio-  
ne se refert.

## §. 28.

Anno 1704. occasione deputationis extraordinarie ad vi-  
sistandam cameram, late strenueque de hac thesi ex utraque  
parte certatum, ita ut vota hic data pro optimis super hac  
materia commentationibus habenda sint, quin tamen speratum  
habuerint effectum. Rationibus enim cedere eisque vinci,  
animorum motus, nimium jam auctus, amplius non sinebat,  
nec unquam, ut postea apparebit, partis adversae gustui, po-  
testatem se, sive optimas decidendi rationes pro sua thesi  
tuenda habere non ignare, accommodatam fuisse videtur.  
Certamine igitur pluribus diebus de jure deputandi inutiliter  
gesto, res tandem ope electorum eo rediit, ut consensu utri-  
usque partis ad maturandum negotium unicuique religionis  
parti suorum relinquetur electio, reservatis ex propositione  
catholicorum reservandis. \*) Etiam si ergo prima fronte non  
nisi generalis videatur haec reservatio, specialitatem suam per  
vota antea data, quid sub competentiis intellexerint, decla-  
ratam satis obtinet; licet etiam ei tanquam generali, ratione  
thesis controversæ, sive pro substrata sumenda materia, vi-  
gor denegandus haud sit, ut inanis erit, quam faciunt aliqui,  
loquela, hanc reservationem tanquam generalem imo genera-  
lissimam plane superfluam esse. Non ita, potius & hic ac-  
tus ob liberam denominationis seorsim facienda relationem,  
Heimstellung, & subsecutam electionem seorsim factam, prio-  
rem observantiam, de quibus intelligenda competentia, non  
dum esse mutata, demonstrat, ut de eo gloriari pars adver-  
sa rationem sufficientem profecto non habeat. Eodem enim  
tempore in collegio electoral, absque omni adversariorum re-  
fervatione, secundum allegatam a catholicis observantiam,

&amp;

\*) HENNIGES Med. ad J. P. spec. V. Mant. I. pag. 72. SCHAUROTH  
1 c. tom. I. pag. 398. usque 433. Endlich wurde einer jeden  
Religionsparthei die Benennung ihrer Deputirten zu der Sz-  
ech mehrerer Maturation, jedoch das jedem Theile  
seine competentia reservirt würden, anheimgestellt.

& conformitatem actus de anno 1666, ubi etiam deputati ad visitandam cameram promiscue votando electi erant, modus in deputando servatus est. Saxonius enim Brandenburgicus non minus ad electionem Moguntini & Palatini, quam catholici in electionem Saxonici & Brandenburgici votando concurrebant, ita ut ne dubium remaneat, observantiam in collegio quoque electoral i pro thesi catholicorum stare, sumpiuque agnitam esse veritatem, ut in aliis rebus, nisi precipuam praefixerit P. W. normam, sic & in deputationibus extraordinariis observato libero omnium statuum suffragio procedendum esse, quin religionum diversitas, cuius corda hic non tangitur, duas in imperio pacis sejunctas constituerre jure possit.

## §. 29.

Catholici anno 1709, in deputatione ad tractatus pacis de numero personarum earumque electione in medium simul prolati, in electionem Magdeburgici votarant, de quo id ad maximum tanquam recommendationem valere debere declarabat Halberstadiensis; ast directorium nihilominus ex antiqua observantia, cum libera seorsim deputandi relatio pro hoc casu facta nondum esset, conclusum secundum *majora* tam ratione numeri quam personarum proferebat. Contra quod Magdeburgicus cum protestando A. C. additis reservanda reservaret, Salisburgensis respondit: ex parte directorii aliter notum non esse, quam conclusum ex observantia, ut & fieret in collegio electoral i, secundum *majora* faciendum esse, \*) ut inde catholici contra reservationem aliaque in medium prolati sibi reservarent competentia. Sic & hic meritis reservationibus cum relatione ad antea acta, res peracta est, ita tamen, ut semper pro catholicis militer, nec adhuc unicum a parte adversa exemplum indubitatum pro stabilienda sua thesi afferri possit.

## §. 30.

\*) SCHAUROTH I. c. tom. I. pag. 433. seq. Alte Europäische Staatskanzlei Part. 14. pag. 860.

§. 30.

Acrius adhuc omniq[ue] ex utraque parte servore certatum anno 1710, ob deputationem ad tractatus pacis, ubi rationes omnes, gravissimae saltem repetitae, admixtis solummodo iis ac novis, in potestate se tueri & posse & velle latentibus, ex parte primo A. C. addi adductis, ita ut in modum fere acrecerent deliberationes, \*) quin, hisce eum ageatur argumentis faustus rei exitus sperari potuisset. A. C. addicti conclusum de hac deputatione sequens proponebant „Hat man Catholischen und A. C. V. Theils sich miteinander dahin verglichen, dass solche aus 8. Ständen von beiden Religionen pari numero bestehen und aus dem fürstlichen Collegio hierzu 4 depūtirte benannt werden mögten, wozu jeder Theil die seinigen folgender Gestalt angetragen, „ \*\*) En igitur projectum, ubi verbis id stabiliri intenditur, quod rationibus firmari nequivat. Notum enim est, aliquoties, ut citius mediretur malis, ex libero statuum consensu, cuilibet suos nominare parti relictum esse, die Benennung würde heimgestellt, freigestellt, dahin verglichen &c; in hoc vero conclusi projecto verbum: vergleichen eo sensu, non acti unquam de electione personarum, sed solummodo ratione numeri factum sit, sumitur, & veritas theses partis aduersa, non promiscue sed seorsim faciendam esse electionem, sermonem hie de religione tantummodo esse, quatenus partes constituant, de corpore igitur ad corpus tractandum, indeque non per majora, sed amicabili statuendum esse compositione, supponitur; qui vocis vergleichen sensus in deliberationibus hisce allegatis pro basi semper strui, cuilibet legenti facile patebit, ut catholicis igitur non nisi concursus ad questionem an & quomodo nullatenus vero ad electionem personarum protestantium ipsam maneret. Ast non fugit, quid intenderetur catholicos. Salisburgensis inde respondit: „Was die A. C. V. vorgebracht hätten, sie der Observanz, silo comitiali und Westph.

\*) SCHAUROTH l. c. tom. I. pag. 435. usque 454. Alte Europ.

Staatsk. part. 23. pag. 421. usque 464.

\*\*) Alte Europ. Staatsk. l. c. pag. 425.

Westph. Frieden zuwieder; hierauf und auf die öfters ad protocolum gegebene Reservationen wolle man sich bezogen haben; es seio also *Cordvitzchen* und *A. C. V.* Theils auszulassen und auch das: *wozu ein jeder Theil die seinigen folgender Gestalt angegeben*, <sup>„“</sup>). Id ultimum deleri recusabant *A. C. add.*, alia se tuendi media habere & impendere fore afferentes, quin tam catholici hisce rationibus, strenue observantia, ityloque comitiali inhärentes, cederent. Aliud inde a protestantibus proponebatur projectum: „ nachdem ein jeder Theil dem andern die seinigen zu benennen anheimgestellt, mit einander dahin verglichen, „“ <sup>\*\*) Ast postulabunt catholici, ne verbis observantia suaque debilitaretur thesis, poni debere: nachdem ein jeder Theil sich seine Befugnis ratione modi deputandi ausdrücklich vorbehalten, miteinander dahin verglichen, „“ <sup>\*\*\*) Id quoque recusant protestantes; catholici inde, ne plane mentio, quomodo electio facta sit, in concluso fieret, proponebant, cum id ad protocolla potius, ubi ex contractionibus, reservationibus utrimque factis, id satis videri posset, pertineret. Insistebant nihilominus protestantes nunc concluso 7ma jam Julii a catholicis prolato: „ als auch ferners wegen der Anzahl, wie viel und welche Stände zu der Reichsdeputation ad futuros pacis tractatus gezogen werden mögten, deliberirt worden, hat man sich miteinander dahin verglichen und darauf geschlossen, daß . . . aus dem fürsächlichen Collegio deputirt werden mögten. „ Ad avertendam tandem longiorem hujus deputationis protractionem, catholici ita conclusum formari posse annuentes, declarabant: cum ex parte adversa speciale refugium in voce vergleichen petetur, ne id imposterum in prejudicium afferri possit, se sperare, hocce vergleichen, non alio contrario sensu unquam sumi, quam qui in protocollis, datis heic declarationibus, reservationibusque lateret. Eo sensu, respondent protestantes id</sup></sup>

<sup>\*</sup>) Alte Europ. Staatsk. I. c. pag. 426.

<sup>\*\*) Alte Europ. Staatsk. I. c. p. 440.</sup>

<sup>\*\*\*) Alte Europ. Staatsk. part. 23. pag. 449.</sup>

id sumendum esse, quo sumeretur in recessibus imperii, obliiti utique, verba tantummodo sumenda esse pro substrata materia, ex actibus, quibus ortum debet, declaranda.

## §. 31;

Jam & declarari poterit conclusum protestantium \*) quod hujus temporis principis potestatis, optimis utique rationibus decidendi, innixi, pro tuendo suo jure praetenso in conferentia cordiali (einer vertraulichen Conferenz, ita ajunt) fecere, quodque uti ex deductis, ultimis imo actibus patet, tot continet supposita falsa, quo praemissas, unice eo tendens, ut catholicci non solum ratione personarum deputandorum, sed etiam, quod ante plane non negarant, ratione numeri a deliberationibus votisque excluderentur, sicque ostenderent, se dispositionibus P. W., observantia; ceterisque argumentis vinciri, passuros non fore. Modus igitur qui illegalitatem in fronte habet, enjusque unilateralitas jura nec conservare, dare multo minus jure potest, indicans solummodo, quomodo certare ex parte adversa melius visum sit. Quid si catholici iisdem usi fuissent argumentis, quo rediisset res? ast recte, cum hoc conclusum unilateralne ne minimum legalis prejudicium afferre poterat vel potest, silentio prætereundum esse censiure. Sic & postea anno 1741 & 1764 legati electorales A. C. add. hoc deserentes conclusum, per vota promiscua de Schemate visitationis se declararunt, primoque cum reliquis provisorie ordinantur, ut in classem primam Bremensis, loco Palatino-Lauteranensis, Nurnbergaque loco Argentinæ intraret; ultimoque anno per vota promiscue definitum, ut Brunswicensis loco Palatini in latere protestantium, elector Bohemia vero, Palatinusque in latere catholicorum pensionatus sit. Igitur per facta sua propria huic concluso omnibus ademtus valor, firmataque thesis, promiscue votando de-

\*) Alte Europ. Staatsk. p. 23, pag. 471.  
SEHAIROTH I. c. tom. I. p. 453.  
MOSER tr. von denen Reichstagen tom. 2. pag. 615.

putandos eligendos esse; ut hoc conclusi neglectu, absque  
cetera ejus illegalitate, illud ne infirmissimo quidem argu-  
mento allegari posse, hi actus unicuique a partium studio  
alieno satis demonstrant,

## §. 32.

Ad actum jam novissimum, quo de jure cœligendi depu-  
tandos utriusque religionis quæstio mota, proprio, que uti-  
que secundum allegatum protestantium conclusum modo or-  
dinario, argumentis, rationibusque decidenda, non videbatur,  
sicque deliberationes difficilem habituras fore exitum, timen-  
dum erat. Ast cum nimis aperte vigor ei nullus conceden-  
dus, electoralesque illud plane jam neglexerint, opinione  
tranquillius res agitata est. Die enim sexto Maii anno 1774,  
quo quæstio hac ultimo contestata, conditum fuit suffragium  
imperii, in quo cæsarea rogabatur Majestas, ut eo rem diri-  
gere placet, ut elector Moguntinus status in secunda Sche-  
matis visitationis de 1654 Classe contentos convocaret, cum  
adjunctione Brunswicensis & redintegratione ceterorum duo-  
rum locorum ex classibus sequentibus, & quidem quoad  
Brunswicensem & Bohemensem secundum electionem anno  
1741 & 1764 factam. \*) Agnoscebatur igitur hic quod hisce  
in annis in deputationum materia actum erat; cumque Spho  
anteriori jam adduxerim, electorales eo tempore a concluso  
protestantium recedentes, de locis, quos haberent Branden-  
burgicus, Bohemensis & Palatinus promiscue votando de-  
terminasse, repetita hac theses catholicorum confirmatio est,  
cui sequens perfecte conformis.

## §. 33.

Variis mutationibus ab anno 1654 ad hæc usque tempo-  
ra inter status imperii ortis, schema visitationis camerae hu-

F 2

jus

\*) Gefammelte Originalbriefe, in welchen die mehristen  
Handlungen der am 2ten May 1767 angefangenen extraordi-  
nairen Kammergerichts-Visitationen und Revisionsdeputation be-  
leichtet werden, 1778. 3 Th. pag. 47.

jus anni nunc temporis omnimodo subsistere non posse, facile apparebat. Moguntinus inde jam anno 1768. novum super schemae visitationis cameræ de 1654, quatuor præcipue ultimis classibus, projectum fecerat, cuius, cum placeret, quin omnimode tamen statim acceptaretur, dictatura petebatur. Trevirensis jam & Bohemensis hac super mutatione vota sua, etiam ratione protestantium ad protocolla dederant, veris innixi principiis, hanc rem tanquam totius imperii, cum ad communem pertineret deliberationem, perfecte esse comitialem, sive etiam comitaliter tractandam. Die jam octavo mensis Maji 1774 legati A. C. add. concessum extraordinarium institueri, deliberatur, quomodo super rectificatione classium ratione visitationis cameralis agendum eis foret. Saxonius inde proposuit: „Es wolle erinnerlich seyn, welcher Gestalten von Kurmainz bereits 1768 ein Classificationsproject allhier communicaret, und von Kurtrier darauf eodem anno auch wirklich gestimmt, nicht weniger ehelängst von Kurböhmen auf gleiche Art ad protocollum geäußert worden seie. Es seie daher zu überlegen, ob vorgedachter Maassen schon von einem Theil Catholischer Höfe auf die deputados lateris evangelici beschefene Abstimmung mit Stillschweichen zu übergehen, oder nicht vielmehr sich desfalls einzig und allein inter evangelicos selbst zu vereinigen sein dörste.“ \*) Respondit Brandenburgicus: „quod propositionem directorialem seie er der Meinung, daß Kursachsen als vorflimmender im Collegio electoralii, das von ihm (Kurbrandenburgischen Gesandten) projecta votum der evangelischen fürtlichen Gesandten ad protocollum verlese und anzeigen folle: daß man die Rectification der Visitationsklassen nach den Kurmainzischen und Reichsstädtischen Vorschlägen acceptiren, und nur allein etwas weniger so jedoch den votis catholicorum nicht widerspreche abgeändert hätte, wo im übrigen dage-

\*) Originalbrief z Th. 79ter Brief pag. 52. quæ hujus effentialia continent, licet non ex eis, sed fonte ipso per benignissimo mihi a viro, laudibus meis longe superiori, communica ta hauserim.

dagegen, was circa modum nominationis corp. evangelicorum præjudiciale geschehen seyn könne, sich competentia reservari würden.,, Ast hæcce reservatio adjecta protestationem facto contraria in fronte gerit. Minimi enim quid immutasse ajunt, quod tamen votis catholicorum non contrarietur. Quid aliud hoc, quam fateri, catholicis quidem justæ electionis competere, eosque ipsos hac mutatione ad illorum concurrere electionem? ast se sperare, catholicos mutationi non contradicuros, non quod jure carerent, sed quod eos minima curaturos fore, verisimile non sit? quid igitur sub reservari competentiis intelligentum erit?

Cui Brandenburgici proposito Brunswicensis indistincte accessit, ceteri vero A. C. add, principum legati, ea solummodo conditione consensere, ut rectificatio classificationis a Brandenburgico projectata, non instar voti protestantium communis fieret, sed ut cuilibet legato, tam electorum, quam principum, suum de rectificatione hac, singulatum votando, arbitrium adducere, liberum maneret, ita ut palam fieret, quatenus summi sui principales cum proposito electoris Saxonici & respective Brandenburgici concordarent. En igitur aliam conclusi anni 1710, sc̄pius tam summe elati, derelictionem, agnitionemque unicuique statutum liberum in hac materia suffragium competere. Hac votatio secundum horum legatorum intentionem in collegiis imperii ipsis fieret, non inutili arguento, hancce materiam, non tanquam rem corporis, tanquam rem religionis qua partis, sed tanquam communem, ab omnibus libere deliberandam, consideratam esse; id quod per illud, quod ultimatim dicant, firmatur: „weil es die Meinung corporis evangelici nicht seie, mit anzugehen, wodurch zwischen dem Catholischen und Evangelischen Reichstheile eine Collision veranlaßt werden könnte.,,

S. 34.  
Sic quoque in collegiis imperii ipsis hæcce classificationis rectificatio per Saxonicum & resp. Magdeburgicum proposita, ita tamen, ut quilibet A. C. add, legatus ei singulatum

E 3 1710. 30.

votando subsequentesque catholici votis suis accederent. Tranquille hæcce votatio secundum naturam negotii, Pacem Westph. liberum statum suffragium & obseruantiam a catholicis strenue semper defensam peracta est, & ne infelici fors impostorum studio, immaturive fervore antiqua oriretur controyersia, ne subterfugiis unquam in dubium vocari possit, electionem secundum catholicorum thesim factam esse, utque omnis, meliori celeriorique deliberationum exitu soperetur lis, directorium collegi principum, sequentem protocollo declarationem inseri curavit: „Bei der gegenwärtigen Berichtigung der Deputationsklassen zu den Kammergerichtsvistitationen und Revisionen seie in den abgewesenen Berathschlagungen sich auf die nemliche Art benommen worden, welche über den nemlichen Gegenstand anno 1654 1666 und 1766 wäre beobachtet worden. Es redeten weiters die Protocollen dieses hohen Fürstenthaths, dass bei solchen in dem Jahr 1745 ein eigner Schluss dahin seie abgefasst worden, dass, nachdem ein deputatus imperii, als des gesammten Reichbevollmächtigter, auch von dem ganzen Reiche beliebt seyn müsse, den sämtlichen Ständen ihr liberum suffragium und jus cælectionis nicht abgeschnitten werden könne, und dass von mehreren hohen Ständen unterm 4ten und 28ten Jul. 1766 ausdrücklich erklärt worden, dass die Classen communis omnium sicut consensu & placito zu ergänzen wären. Man habe von directorii wegen nicht umhin mögen, ein solches ad protocollum zu merken, und wolle darnach allenthalben competentia reservirt haben.“\*) Hæc declaratio, licet non tam fusa, quoad essentiam tamen & in collegio electoralio data est,

Contra hanc in publico confessu omnium, quos attinebat, statuum ad protocollum datam declarationem, claram sat, ut absque violentia verbis facienda, quilibet sensum ejus capere possit & debeat, nil contramonitum, nulla ex parte A. C. add. contradicatio, nulla reservatio facta, tandem ergo Originalbriefe l. c.

postponendo conclusum unilaterale, agnoscentes veritatem  
theseos catholicorum, electionem deputandorum extraordina-  
tiorum, tanquam objectum perfecte comitiale, religionem  
nullatenus concernens, tanquam rem totius imperii, non cor-  
poris seu religionis qua pars, libero omnium ordinum sta-  
tuum consensu, libero suffragio in P. W. definito & confi-  
mato, ut olim, ut immediate post dictam pacem, ita quo-  
que hodie adhuc, promiscue igitur, non seorsim vorando,  
faciendam esse. In eo saltem sine dubio causa lateri, cur 3tia  
Junii habita super hac materia re & correlatione conclusum  
commune non minus tranquille conditum sic, quin ullum sub-  
secutum monitum, ut hoc igitur tanquam publica praece-  
sis confirmatio considerari debet.

§. 36.

Sic ergo actus hic novissimus vel solus, si absque præven-  
to animo & recto consideretur latere, omne si quod remansit  
in hac materia dubii, tulit; ut jam catholicæ ex stabilitate thesi  
ex sua, & agnitione ex altera parte, etiam ad hujus anni ob-  
servantiam optimo semper jure recurrere possint. Projec-  
tum enim classificationis statuum ad visitationem cameram a  
directorio Moguntino anno 1768 conditum & ad dictaturam,  
quod placebat, promotum erat, cui facile standum fuisset.  
Ait cum nondum omnimodam obtinuerat approbationem, pro-  
testantes, licet ipsi in conferentia de hac materia habita, nul-  
latenus per votum commune, ut alias in rebus religionem,  
aut eos qua partem concernentibus, fieri intenditur, agen-  
dum esse agnoscerent, \*) ut tamen aliquid saltem ad subver-  
sendum jus ecclesiæ catholicorum fecisse viderentur, exi-  
guas quas mutationes, et vas weniges so jedoch den Vetus catholicorum nicht widersprüche abgeändert, in schemate ipso fecerunt,  
status nempe aliquos sua religionis ex una classe in alteram  
collocando, ita tamen, ut secunda & tertia classis mutatio-  
nem non subicerit, mutato solummodo paululum statuum or-  
dine, & omittendo Henneberg, in ejus locum Athalatinum,

\*) Originalbriefe l. c.

bis in projecto de anno 1768 inventum, substituentes, ut eos in eligendis suis deputatis saltem quoad hos absque catholicorum concursu, unilateraliter eisque videri posset. At directorium statim contramouuit, id obseruantia, eorumque factis propriis repugnare, quia & ipsi in electionem deputandorum catholicorum in prolata, hac mutatione consenserant, nec catholicis praेजudicio esse posse; accessit interim huic mutationi, alias non maximi momenti, ut nihilominus per vota promiscua utriusque religionis statuum facta sit. Ipsa igitur haec mutatio occasio proxima fuit ad magis magisque firmam̄dām catholicorum sententiam, ut necessario falsa sit conclusio; protestantes hic anteā de suis inter se conveniente deputandis, ergo & eos unilateraliter seorsimque elegisse, facile fagienda, si quis, tacendo de hisce circumstantiis allegatis, ad id tantummodo respiciet, eos ipsos, quos optarint protestantes in schematibus quoque rectificatis inveniri. Nec minus falsa est declaratio si consensus iste a parte catholicorum in deputatos protestantium & vicissim, ita interpretetur, ut contineat solummodo declarationem, ex utraque parte non amplius ignorari deputandos extraordinarios, in collegiis quidem nominatos, non autem electos, jamque ceteris collegiis re- & correferendo notificari posse; contrariatur enim monitis catholicorum, etiam si de observantia anteriori argumentis actibusque sat firmata taream, notioni consensus, a natura notificationis longissime diversi, actu nominationis in ipsis collegiis factae, ubi quos optarent & preparatorie elegerant protestantes, electos esse, jus catholicorum minuere nequit, & tandem declarationi, omne, quomodo peracta res sit, auferens dubium, in omnium legatorum presentia, tam in collegio principum, quam electorum ope directorii protocollo inserta.

## §. 37.

Adparet igitur catholicos in novissima hujus sui juris possessione esse constitutos, in eoque consensu partis adversarum expresso, quam tacito firmatos, ita ut thesin protestantium vulnus lethale accepisse, a quo non facile inedendam, planum sit. Agnovere id quoque astero, protestantes &

medicinam saltē, licet uti apparebit non legalem ope illo-  
rum, quorum vota hujus temporis inter A. C. add. plus vo-  
tis valabant, afferre intenderunt. Inde pluribus a die 3ia  
Junii præterlapsis diebus die vigesima Junii secunda, & con-  
ditio jam imperii suffragio, conclusum commune, iisdem cum  
filo de 1710 innixum principiis, ejusdemque farinæ & ad eun-  
dém finem, in conferentia inter se cordiali, unilateraliter er-  
go, sequens fecere; „Es seie von den Reichsständen A. C.  
schon aller ehevorigen Zeiten bei entstandenen Reichs und  
Collegial-Deputationsfällen der sorgsame Bedacht dahin ge-  
nommen worden, damit die hierunter obwaltende jura sta-  
tuum & collegiorum beiderlei Religionstheile denen Verord-  
nungen des W. Fr. und dem Herkommen gemäß durchge-  
hends unverletzt, und um so mehr noch voll aufrecht erhalten  
würden, als in hoc jure deputandi ex suo corpore vel collegio  
sich von dem andern Religionstheile eingreifen oder durch  
dessen majora darunter sich Ziel und Maas setzen zu lassen  
von den nachtheiligsten Folgen sein müsse; daher dann auch  
durch mehrfältige feierlichste conclusa corp. evang. fest darauf  
bestanden, und die nemliche privative Gerechtsame zum öftern  
sogar in contradictione standhaft behauptet und ausgeübt wor-  
den; also habe man nicht weniger von Seiten corporis evange-  
licorum bei heulicher Gelegenheit der in comitiis gehandelten  
Berichtigung derer zeithero noch rükständig gewesenen 4 letzte-  
ren des Kaiserl. und Reichskammergerichts Visitations Deputa-  
tions-Classen in gleicher Art sich benommen, und so viel die  
bei dem bekannten Schemate deputationum des Jahrs 1654 in-  
zwischen ergebene Veränderung, oder sonst darüber vorgefun-  
dene Anstände betrafen, des anliegenden Schematis diesseitiger  
höchster und hoher deputandorum in conferentia vom 28ten  
May lezthin einmütig sich verglichen, zugleich aber hiebei noch  
beliebt, über den solchmaligen Vorgang ein eigenes conclusum  
corporis, (wie anmit geschiehet) zu künftiger Nachricht und  
Gebrauch zu errichten.“\*)

§. 38.

\*) Originalbriefe 3 Th. 81. Brief pag. 85. MOSERI, c. pag. 606.

## §. 38.

De hoc concluso omni jure idem dici posse, quod de illo  
 anni 1710 dixi, non dubitandum; multa porro historiae, ob-  
 servantiaeque contraria continere supposita, sunt quæ in ope-  
 los incurunt. At ne minimi imposterum præjudicii asserre  
 possit, ut palam fieret ejus illegalitas, utque veritas facti  
 magis elucescat, ex parte catholicorum registratura condita  
 est, omnia quæ hujus loci dicenda mihi forent, optime conti-  
 nens, ut ad eam me unice referre possum; en eam: „Nach-  
 „ dem ein von den Gefandten A. C. nach bereits durch das  
 „ Reichsgutachten vom zten Junii a. e. (1774.) berichtigten visita-  
 „ tions schemato verfaßter Auffatz, in welchem der Hergang,  
 „ wie sie solchen anschein wollen bemerkt ist, bekannt worden,  
 „ und darin als richtig vorausgesetzt wird, daß die Benennung  
 „ der deputatorum, welche bisweilen nach vorgängiger Ein-  
 „ verständnis und aus freiem Willen jedem Religionsteile über-  
 „ lassen worden, nicht mehr per vota promiscua, sondern  
 „ von jeder Religionseite besonders geschehen müsse, sol-  
 „ ches auch zum östern und sogar in contradicitione von ih-  
 „ nen standhaft behauptet, und bei der jetzigen Berichtigung  
 „ des gedachten Schematis eben also beobachtet worden  
 „ seie; so hat man sich auch Catholischer Seits vermügt  
 „ geschen, kürzlich zu bemerken, wie irrig gedachte Supposita  
 „ seien, da um nur der neuesten Gefälle zu gedenken, anno  
 „ 1734 im Kurfürstlichen Collegio die Benennung der De-  
 „ putation per vota promiscua ohne einige Widerrede ge-  
 „ schehen, und Kursachsen und Kurbrandenburg votando auf  
 „ drücklich darauf angetragen, daß Kurmainz und Kurpfalz zu  
 „ deputatis zu ernennen seien; wohingegen auch die Catho-  
 „ lische electorale jene zwei Protestantischen Kurfürstliche  
 „ deputatos mit benennt haben. Im Fürstenrath aber ha-  
 „ ben Salzburg und sämtliche Catholici der gemachten Ein-  
 „ wendungen ungeachtet, standhaft behauptet, daß die de-  
 „ putati ohne Unterschied der Religion von den Ständen  
 „ durch die mehreren Stimmen zu bestellen seien, wobei es  
 „ damals auch geblieben und auf den Vorschlag des Kurfürst-  
 „ lichen

lichen Collegii dem Fürstenrats concluso nur eine clausu  
la salvatoria, dass solches Niemanden an seinen Ansprüchen  
nachtheilig seyn solle, beigelegt worden. Ob nun gleich  
die Stände A. C. 1710 einen Schluss wegen Benennung der  
Reichsdeputation machen wollen, so haben sie doch dem  
Catholischen Religionstheile durch eine solche einseitige dem  
juri tertii nicht prejudicirende Unternehmung die in con-  
tradictorio behauptete Befugnisse nicht schmälern können;  
auch ist man auf diesem angeblichen concluso in der Folge  
selbst nicht mehr bestanden, da von den Kurfürstlichen Ge-  
sandschaften bei dem Wahlcollegio 1741 wegen der ersten  
Visitationsschaffe per vota promiscua etiuge provisorische  
Einrichtung gemacht und anstatt Pfalzlautern, Bremen,  
anstatt Strasburg aber Nürnberg in die erste Classe versetzt  
worden; und auch im Jahre 1764 haben sowohl die Catho-  
lischen als Protestantischen Wahlbotschafter mit durch-  
gängiger Einverständnis ihre Stimmen dahin abgelegt, dass  
die ehemal von Kurpfalz in dem Visitationsschema auf  
A. C. Seite inne gehabte Stellen, Kurbraunschweig anzu-  
weisen seien, und Kurböhmen nebst Kurpfalz ihren Platz  
künftig auf Catholischer Seite zu nehmen hätten.

„Eben so wenig haben die Stände A. C. bei gegenwärtiger  
Berichtigung des mehrgedachten Schematis die deputatos ih-  
rer Religion einseitig benannt; denn nicht nur ist von Kur-  
mainz auf Ersuchen beider höheren collegiorum das ge-  
fasste Project zur Ergänzung der übrigen Classen im Jahr  
1768 im Deputations-Zimmer verlesen, und ad dictaturam  
privatam befördert, sondern auch von den Ständen beider  
Religionen im Wesentlichen gutbefunden, und nachher  
nur, als es zur wirklichen Berathschlagung gekommen,  
in einzelnen votis die Versetzung ein und anderer Stände vor-  
geschlagen worden, welcher als einer gleichgültigen Sache  
Catholici beigetreten, und eben dadurch so wie vorher zur Er-  
gänzung beider Religionsseiten, also auch nun zu dieser Verse-  
tzung einiger Stände A. C. mitgewirkt haben. Ueberdies haben  
auch noch die directoria beider höheren collegiorum, um aller

„ besorglichen Misdeutung vorzukommen den 30ten Mai und  
 „ resp. 3ten Junii zum Protocoll erklärt, wie catholici diese  
 „ Handlung angesehen, indem sie, ohne in etwas, was von der  
 „ berkömmlichen gemeinsamen Benennung abzuweichen scheinen  
 „ könnte, einzugehen, fämltlichen Ständen ihr liberum suffragi-  
 „ um und ius cœlectionis ausdrücklich vorbehalten, und sich also da-  
 „ durch gegen alle andere Ausdeutung verwahrt haben, wel-  
 „ ches alles zur künftigen ad acta der Catholischen Gesand-  
 „ schaften zu nehmenden Nachricht in gegenwärtige Regi-  
 „ stratur gebracht worden.“ \*)

## §. 39.

Cum ergo thesin meam ex natura rei, ex legibus impe-  
 rii & observantia probari, satis ostenderim, plura adhuc af-  
 ferre argumenta, facile supersedere possem. Ast cum præter  
 hosce probationum juris publici fontes, analogia quoque jure  
 ad eos pertineat, specialisque lux per eam in cetera diffun-  
 datur argumenta, ut nil reliquerim, quantum ea pro veritate  
 theseos catholicorum in hac materia militet, paucis ostendam.

## §. 40.

Præter casus eorumque rationes in legibus expresse de-  
 terminatos, plures semper adhuc alii dantur, cum omnes  
 quoad unamquamque relationem recensere ac determinare  
 vires humanas superet, qui quatenus secundum circumstantias  
 eodem modo cum legibus vel observantia corresponeant atque  
 convenient, & quatenus eorum ratio fundamentalis eadem  
 sit, tis casibus, earumque rationibus similes sunt. Ob hancce  
 simili-

\*) Debeo hanc registraturam, nunquam adhuc, quantum nro,  
 prelo commissam, licet allegaram a MOSERO in den Zusätzen zu  
 seinem neuesten Staatsrechte 1. B. pag. 579. & in den Staatsbe-  
 gebenheiten (1776) pag. 631, debeo eam viro & de jure publi-  
 co & imperio ipso nunc meritissimo, qui non nisi ex fontibus  
 purissimis semper haufig, cuique gratis hic reddo publicas, li-  
 cet nomen ejus, cum bene velle & assidue pro publica laborare  
 fatore, magis quam prædicari amet, ex reverentia tacere debe-  
 am.

similitudinem rationabilis superioris vel pacientium voluntas, si absurditatem evitare velit, his casibus, licet non expresse nominatis, eam determinationem, eam decisionem degare nequit, quam dare, attribuere casibus expresse nominatis placuit. Hæc igitur heic intrans necessitas moralis causa est, cur casus tales innominatos cum expresse nominatis atque decisis, uno eodemque modo legaliter determinatos, legaliter decisos jure habere possimus, legemque non minus ad illos, quam hosce applicare debeamus. Hæc legis extensio, in comparatione cum alia re simili, legibus aut observatione definita, fundata, Analogia nomine venit, cui igitur hujus intuitu perfecte obligandi probaudive vigor in disquisitione theses meæ denegari nequit. Nil inde mihi ad applicanda hæc brevissime enarrata principia super est, quam ut talem similitudinem deputationes inter ordinarias extraordinariasque intercedere ostendam, ut tum ex hac comparatione concludere liceat, in deputationibus quoque extraordinariis thesin catholicorum obtinere debere, cum ea in ordinariis evidentia non carere sim ostensurus,

## §. 41.

Olim incognitas fuisse imperii deputationes & sero inventi, sive omnia imperii negotia omnium statuum suffragio in publico consensu esse deliberata atque decisa, supra jam (§. 2.) annotavi. Cum vero multitudinem deliberantium aut felici aut celeri negotiorum exitu, sospici ratiem summe necessario, nocuisse & nocere posse & debere compertum fuerit, iis potissimum temporibus quo stabiliorem introducere pacem internam cordi esse cooperit, exortæ deputationes, ne multitudine saltem gravarentur negotia. Electi igitur statutus quidam ea intentione, ut de rebus, alias suffragiis omnium statuum comitaliter decidendis, habita inter se deliberatione, eo effectu terminarent, acsi publico imperii consensu factum fuisset. Cum ergo hi omnium statuum nomine agerent, de negotiis, omni ratione comitalibus, omnesque status attingentibus, comitaliter quoque agendo, concursu, suffragio omni-

omnium statuum ex natura rei eligendos & etiam electos fuisse, controversia dubioque caret. Quæ imperii deputatus ab initio omnes extraordinariæ erant, dudum postea ordinariae (§ 3); non quidem ac si ulla, vel ratione negotiorum imperii, vel alterius cause diversitas, ratio originis earum fundamentalis, sive ob hasce circumstantias ortus earum necessarius fuisset; nil minus; principis motuum, pacem tranquillitatem publicam turbantium ut melius resisti, ut dirimi ab initio plane possint, status quidam jure perpetuo ad sedandos motus subito ortos, ne pendente omnium statuum deliberatione, alias necessaria, salutis imperii publicæ detrimento, graviores periculosoresque evaderent; electi sunt, qui igitur vi mandati, potestatisve ab omnibus statibus delatae, hisce in rebus nomine omnium statuum perpetuo agerent; ea in extraordinariis differentia, ut non nisi præunte deliberatione eodem modo pro quovis casu eligerentur status deputandi,

#### §. 42.

Per hanc igitur perpetuitatem juris deputatorum ordinariorum *jus ipsum electionis* nec admittum, nec adimi intentio esse poterat; limitatum solummodo *quoad exercitum*, quod imposterum ratione horum negotiorum, electio deputatorum absque casu obvenire non facile poterat, cum e contrario in deputationibus extraordinariis personarum electio negotiis obvenientibus necessaria semper maneret atque repetenda. Ordinariae igitur & extraordinariae deputationes imperii in eo solummodo ab initio, & adhuc hodie, cum nova ideo mutatione facta non sit, differunt, quod illarum deputati ad negotia imperii determinata, jure perpetuo comitâliter electi sint, & harum deputati negotiis obvenientibus, de novo semper eligendi sint. Patet igitur electionem in iis jure perpetuo ad successores transistruo factam, in jure eligendi ipso immutare nil posse, nec uti modus primis temporibus usitatus ostendit, immutasse; siveque inter deputationes imperii ordinarias & extraordinarias, *quoad rationem earum fundamentalem, essentialē analozā*

analogia requisitum, non solum similitudinem, sed perfectam intercedere aequalitatem. Objecta enim illarum sunt negotia imperii, sic & harum in eo tantummodo diversa, ut illa determinata, hæc casu obvenientia sint; illæ repræsentant totum imperium, agunt vi potestatis ab imperio delata; ita & hæc ambæ comitia minora sunt & appellantur, totum repræsentantia imperium; illorum conclusa omnes obligant status, totum imperium; sic & harum, uno eodemque modo, ac si omnibus ferendo suffragium placuisse. Paucis quoad essentia non differre patet. Si ergo de una harum alterare legalis quedam determinatio, accidentalem diversitatem juris perpetui deputatorum, aut determinationis negotiorum non concernens, vel lege imperii, vel observantia facta, idem de ambabus vi analogia, deductionisque legitimæ, nisi omnia me fallant, obtinere debere, planum est. Cum igitur modus eligendi in deputationibus ordinariis secundum naturam rei & observantiam alius non sit, quam promiscuo, non seorsim votando, quod sequentibus ostensurus ero, idem etiam in extraordinariis locum habere debere, legitima concludendi ratio, analogia postulat.

## §. 43.

Ante tempora P. W. ne vestigium quidem nifus, nova dic introducendi principia, inventur. Modus enim eligendi promiscue, comitaliter votando, necessaria negotiorum comitalium, statum semper qua talem, absque omni religionis respectu eo tempore & hodie adhuc concernentium, sequela erat. Negotia enim omnes status, qua unum totum arctissime conjunctum attinebant, nomine omnium agendum erat, ita ut quilibet eorum perfecte, ac si ipse egisset, obligaretur; necessario igitur ab iis dependere debebat, quo nam sibi rerum moderatores tali cum potestate eligere, in quo nam jus suum suffragii comitaliter transferre vellent. Quamdiu igitur ratione negotiorum in deputationibus tractandorum mutatione non intervenerat, uti necdum intervenit, quamdiu non nisi res politicæ, religionem conscientiamque haud concernentes,

tes, objecta earum deliberationum manebant, tamdiu nec tempore P. W. gravamen a parte protestantium hac de materia profecti debuisset, cum status rom. imp. germanici ob religionis diversitatem non adeo disjuncti sint, ut non amplius tanquam unum arctissimeque corpus conjunctum, in rebus hisce politicis constituere, & negotia comitaliter, more modoque antiquo agere possint. Ast infelix qui hujus temporis animos tenebat religionis fervor, prevalentiam membrorum partis suæ, non publicam semper curans utilitatem, ansam præbuit, cur & hic protestantes, ubi secundum propria sua asserta & confessiones (§ 12.) religionis negotia deliberationum decisionumque objecta non sunt, exactam cum catholicis æqualitatem quoad numerum personarum pterent. Aequo ferre animo nequibant pluralitatem ex parte catholicorum inter deputatos ordinarios & perpetuos, omni licet legalitate jure perpetuo constitutos, reapse intercedere in deputationibus extraordinariis, plerumque saltem curi catholicorum plures essent, metuenda, ut inde, uti agebant, circa liberationem deputatorum ipsam, non lavis suspicio oriretur. Quæ igitur ut tolleretur optabant protestantes, ne imposturum catholici numero personarum hec eos superarent, sed ut lege publica, exacta utriusque religionis paritas quoad numerum personarum determinaretur, ne amplius catholicorum votorum pluralitate inæqualitatem ratione deputandorum procurare possent, lege hac publica coacti ad eligendos tot præcisè protestantes quot catholicos, ne ex eorum arbitrio amplius dependeret, e toto statuum corpore catholicos protestantibus æque rerum peritis, præferre.

## §. 44.

Ortum inde gravamen supra a me (§ 15) allegatum, in quo ob hanc ratione, ob unicum intentum finem, ne velligium petitæ mutationis modi anterioris & præsentis inventitur; sed in oculos incurrit, historiæque hujus gravaminis ostendit, nil præter æqualitatem personarum desideratum, cum protestantes, novorum principiorum ignati, hanc metias non qua-

partes religionis distinctas, sed qua status conjuncti terminare desiderarent. Non enim intendebatur delere deputationes e numero negotiorum comitrialium, corpus qua tale, religionis partes qua tales constituere, id quod negotiorum naturae contrariari planum erat, cum alias horum principiorum, harum mutationum, uti in rebus religiosis mentio necessaria facienda fuisset. Ast solummodo ea intentione partis religionis memoratur, ut constet, quomodo imposterum *ratione exercitii*, non ratione ipsius juris eligendi, hocce jus comitiale terminatum sit, quomodo imposterum ab omnibus omnium ordinum statibus, salvo relicto anterioris electionis jure, electio facienda sit. Apertum non minus est, nullam iuri deputationis ordinarias extraordinariasque differentiam introductam esse, unam eademque rationem fundamentalem, unum inde idemque gravamen, uno contextu parique passu agitatum, unum idemque petitum, indeque unam eademque de ambabus quoad essentialia decisionem invenimus. Sane & recenti adhuc tenebatur memoria, viridique stabilitum erat observantia, id quod gravamen ipsum satis indicat, in deputationibus extraordinariis promiscue, comitialiter votando deputandos eligi, siveque alium plane modum, ab eo, quem nunc defendere laborant, diversum observari; idem quoque in deputationibus ordinariis factum esse, ignorari nequibat. Si ergo ratione deputationum extraordiniarum alienum quid quoad modum a deputationibus ordinariis introducere intentio fuisset, aut esse potuisset, id scilicet paratum necessario, expresse, cum naturae rei, observantiae hucusque usitatae & agnitae contrariaretur, indicandum, pertendunt fuisset; tanto magis quod catholici non facilem obpertitam numeri paritatem moverent remonstrationem, ut facile innotesceret, eos, nisi in ipsa P. W. modum deputandi ipsis favorabilis & desideratus determinaretur, talem in comitiis ipsiis probabiliter obtenturos non fore, saltē non sine summis difficultatibus. Ast legatur gravamen, utrum quid diversi ab ordinariis, de deputationibus extraordinariis quoad essentialia desideratum, petitum esse inveniri poterit, utrumque igitur diversa decisio exspectanda, vel potius utrum quoad essentialia

lia diversa esse possit? idem petitum, eadem decisio, accidentalis intrante differentia, ut de adjungendis ad deputationes ordinarias in proximis statueretur comitiis, quod de extraordinariis ob existentiae earum dependentiam a casu, a negotiis obvenientibus, indeterminatis, & ob jus deputandorum transiens, non in perpetuum definitum, constituere, impossibile erat.

## §. 45.

Cum igitur de ambabus deputationum speciebus unum idemque petitum in tractatibus P. W. formatum; cum de variatione modi antiqui de ambabus idem altum silentium; cum variatio nulla per dictam pacem inter eas exorta, sed amba adhuc, uti ante haec tempora, eadem ratione ob eadem negotia comitia minora sint; cum inde decisio de eis eadem evaserit; sequitur eas non tantum antiquam restituisse similitudinem, sed perfectam, si accidentalia præterea, æqualitatem, indeque modum antea consuetum, nec expresse per dictam pacem mutatum, obtinere debere; si ostendam post. J. P. tempora in ordinariis imperii deputationibus, antiquo modo confirmato, alium in usum hand venisse.

## §. 46.

Lex J. P. de hac materia supra (§ 14.) allegata determinabat, ut de adjungendis ad deputationes ordinarias, cum stabiles perpetuæque essent, in proximis statueretur comitiis, quin verbum ullum, de modo, quomodo fieret, factum, quin illa de eo decisio. In proximis igitur comitiis anno 1653 habitis die 17 Aug. in collegio principum sequens proposita questio: „welcher Gestalt die Anzahl der Reichsdeputatorum nach Anweisung des Instrumenti pacis von beider Religionen gleich zu machen, und was für Stände den vorigen zu adjungiren seien?“ — Quæ propositio ipsa ostendit, quod electio deputandorum non nisi secundum legem P. W. latam, secundum mutationem ibi factam, secundum intentionem paciscentium fieret. Et quis hic amplectebatur modus? hic, ubi, quid petierint, quid voluerint, quid obtainuerint protestantes recenti tenebatur

tur memoria, ubi omnes sere compaciscentes præsentes erant? ubi ergo, quomodo hic applicatio legis facta, sine dubio optima ejus tum quoad petitum, quam quoad decisionem interpretatione est. Modus servebatur antiquus, optimo inter cetera argumento, mutationem ejus non desideratam, non intervenisse, qui igitur, cum hic ex intentione propositionis non nisi secundum J. P. ageretur, eo ipso legaliter confirmatus est. En deliberationem:

„Salzburg: In Ueberlegung der Anzahl derer, so zu den Reichsdeputationstägen vor diesem verordnet, befindet man, daß a parte evangelicorum sich & weniger als der Catholischen finden; weil nun nach Inhalt des Inschr. P. eine gleiche Anzahl ex utraque religione erforderlich würde (en protestantium intentionem & voti hujus causam) könnten von den A. C. W. Altenburg, Culmbach, Würtenberg, Meklenburg - Schwerin, Anhalt und einer von den Wetterauischen Grafen adjungirt werden. Solte auch ein weitläufiger numerus beliebt werden, wolle er sich den majoribus accommodiren.

Bayern, Oestreich: wie Salzburg. Magdeburg: wenn Magdeburg dazu denominirt würde, könnte es geschehen lassen, daß Sachsen, Brandenburg, Meklenburg, Anhalt und aus den Wetterauischen Grafen Nassau-Saarbrück adjungirt würde.

Lautern und Simmern: ratione adjungendorum evangelicorum ad deputationes imperii seie er der Meinung, daß dieselbe im fürstlichen collegio aus den Kurhäusern Pfalz, Sachsen, und Brandenburg könnten genommen und Halberstadt oder Minden mit dazu gezogen werden.

Bremen, Verden und Vorpommern: ratione personarum wie Salzburg und Magdeburg,

Wirzburg wie Bayern und Oestreich.

Altenburg: in genere erinnere er, daß man der Deputation halber bei den Reichsabschieden zu bleiben habe, weil keine Neuerrung in J. P. gemacht worden außerhalb der Parität ex utraque religione, ratione personarum wie Salzburg, Oestreich und gleichförmende.“

„Observes Confirmitatem hujus voti cum propositione ipsa,  
H 2 &

& confessionem publice absque illa contradictione factam, per J. P. præter paritatem numeri ex utraque religione, novi nil introducunt, antiquis inde standum esse R. J., antiquo inde eligendi modo. Præsens fuerat Altenburgicus tractatibus P. W. verum igitur petitionis & decisionis sensum eo melius scivisse patet,

„ Coburg wie Altenburg.

Culmbach wie Magdeburg und Altenburg.

Cassel und Hirschfeld: können wohl bei den Oestreichischen und Salzburgischen Votis bleiben.

Sic & reliqui promiscue suffragia ferrebat, unde sequens Conclusum: Es wären den vorigen Deputirten, namentlich Sachsen, Brandenburg, Württemberg, Meklenburg und einer aus den wettinaischen Grafen, wegen dessen sich das gräfliche Collegium zu vergleichen wissen wird, zu adjungiren. „ \*)

### S. 47.

Cum interea multi protestantium, ipsi deputationibus interest desiderantes, suffragium super re in medium proposita inire detrectarent, eadem propositione de novo repetita, Viniarienses, Gothani atque Isenacenses Austriae atque Salzburgensem adiere, rogantes, ne ita suffragio juvarent Altenburgicos, ut ceteris ejusdem gentis principibus id fraudi noxæ foret. Sic quoque eodem tempore Brandenburgicus per memoriale, totum principum collegium, non suam religionis partem, adiit, ut Halberstadium loco Pomerania inferioris deputaretur. \*\*) Quod præcipue Austriae, Salzburgensis & Bucgindicus votis suis ex desiderio Brandenburgici sustentarunt, ita ut hie grato id agnoverit animo, voto determinans simul, ut paritas religionis observaretur, Palatino Neoburgensem ex parte catholicorum, \*\*\*) firmo arguento, ex antiquo hucusque usq[ue]

\*) DE MEIERN acta comitiale Ratisbonensia publica de 1453 & 54. I. Th. 3. B. § 8. Nro. 1. S. 409. 443—445.

\*\*) LONDORF. acta publ. tom. 7. lib. 6. p. 212. DE MEIERN I. c. p. 442.

\*\*\*) FRITSCH de convenientibus deputatorum p. 18. 27. Brandenburg: demnach aber gleichwohl um die Parität der

usitato & per J. P., non mutato modo de electione deputandorum, tanquam re communi, adhuc deliberandum & agendum esse. Conditum inde tandem sequens conclusum: „Die adjunction zu den vorigen Reichsdeputirten belangend haben die mehreren fürstlichen Stimmen dahin abermals ausgeschlagen, dass die alten Deputirten 6 Stände, benanntlich Sachsen, Brandenburg, Württemberg, Mecklenburg, Anhalt und einer aus den wettinaischen Grafen zu adjungiren.“ \*) En igitur electionem deputandorum secundum legem J. P., uti in propositione continetur, tempore, quo verus illius sensus optime noscebatur; en antiquum promiscue, comitaliter, non seorsim votando eligendi modum, de novo roboratum atque firmatum, quin de partibus religionis qua talibus, quin de eis tanquam compacifcentibus in opposito, præter numeri æqualitatem cogitaretur. En igitur legalem legis declarationem, protestantes paritate numeri deputandorum optime contenti, nil aliud eo tempore desiderasse, nilque aliud obtinuisse; quod hic non solum factis sed & verbis declararunt. Cum enim collegium electorale se hac religionis paritate ex J. P. non teneri, defenseret, protestantes respondere: non utique sine causa tantis studiis Osnabruca actum, ne electorum numero catholici evangelicis præstant; neque enim hisce perinde esse, in causis quibus majoris partis decreto pauciores teneantur, non catholicorum multitudo obrui. Non equidem electorum in comitiis de rebus agi ad religionem pertinentibus; at ob id ipsum eo curam evangelicis industriaque intendendam, ne iis in causis catholicorum numero premerentur, in quibus fas sit, pauciores a pluribus

## H 3

Religion zu observiren, dem Fürstenthum Halberstadt einer aus dem Herrn Catholischen nothwendig gegen zu setzen, als wolle er (en conclusionis connexionem) den Herrn Pfalzgrafen von Neuburg fürstl. Durchl. und zwar andere Ursachen zu geschweigen, darum, weil dero solches von dem kurfürstlichen Collegio und mehreren weltlichen Fürsten ebenfalls verprochen seyn, hiermit vorgeschlagen haben.

\*) DE MEIERN l. c. p. 452. HENNIGES medit. ad J. P. spec. V. mant. I. p. 46. n. 5. PFANNER hist. comit. lib. 4. p. 622. lib. 5. §. 9.

bus vinci. Sola ergo paritas numeri deputatorum ex utraque parte desiderata, quo satis securos se protestantes anno 1653 putare, tempore sane a confectione J. P. haud remoto, uti quid sensus paciscentium fuerit, ignosci potuisset. Pluralitati nempe votorum plane non officit, quo eligantur modo deputati.

## §. 48.

Agnita inde scipiis a protestantibus veritas, in deputationibus ordinariis vigore J. P. deputandos promiscue, non seorsim votando eligendos esse. Sic anno 1704 Brandenburgicus, nomine protestantium ansam ferens, allegatis art. V. §. 51 verbis sequentia dixit: „Hier ist nun vor allen Dingen zu merken, das ein Absatz und Unterschied gemacht wird inter deputatos ad conventus imperii ordinarios, & inter deputatos in horum conventibus, itemque comitiis universalibus, sive ex uno, sive duobus aut tribus imperii collegiis, quacunque occasione et ad quacunque negotia denominandos. Von beiden wird zwar gesagt, numerus ex utriusque religionis proceribus æquetur; so viel aber modum æquandi betrifft daz bei findet sich ein großer Unterschied. Denn im iten Casu steht expressis verbis: de personis autem & statibus adjungendis in comitiis proximis (oberves quæso adjectivum: proximi) statuatur. In dem anderen aber liest man weiter nichts davon, ohngeachtet dasselbe aus dem iten eisdem verbis reperiunt wird: æquetur deputandorum numerus ex utriusque religionis proceribus. Lasset sich also ratione modi deputandi von einem casu zum anderen nicht schliessen\*) Porro repeat: Es ist zu consideriren daß die ordinaire Reichsdeputation von allen anderen Deputationen merklich unterscheiden, und dass im J. P. art. § 51 von derselben allein beliebet seye, ut de personis vel statibus adjungendis: in proximis comitiis statuatur; daber o man freilich über die deputandos more comitia di votiren, auch die candidati per memorialia bei den Ständen sich angeben müssen. Advertas ultimæ conclusionis connexitatem: quia in proximis comitiis de personis deputandis statuatur,

\*) SCHANNROTH l. c. tom. I. p. 413.

quia ergo negotium tanquam comitiale expresse agnatum; inde modo comitiali promiscue votando eligendum. Cum ergo negotia deputationum quoque extraordiniarum absque omni dubio perfecte sint comitiali\*) ita ut catholici totam ad comitia remittere vellent materiam, indeque protestantes saltem quæstionem an? in P. W. decidendam defenderent, ad comitia pertinere materiam non negantes; cum inde quæstionem an & hodie in comitiis, tractandam esse non negent, verba autem illa: in proximi statutum comitiis, ut scieps jam animadverti, de deputationibus extraordinariis, quia, utrum proxi mis extitura forent comitiis, praesciri nequivat, poni plane non potuerint, nec quidquam esse entiale sint; cum porro haec verba ne vestigium modi contineant, sed tantummodo quando fieri debeat personarum electio, non quomodo fiat, ostendant; cum de ambabus idem petitum prolatum indeque eadem decisio data; (§. 15) Paucis: Cum neque de modo eligendi deputatos ordinarios, neque extraordinarios mentio illa facta sit, nihilominus vero in deputationibus ordinariis modo comitiali promiscue votando actum esse constet; leges analogiae, nisi omnia me fugiant, absolute impo- nunt, idem quoque in deputationibus extraordinariis secundum P. W. observantiamque locum habere debere. Quanam enim prudens disparitatis ratio, si plus quam verba contineat, dari hic poterit? Agnovere id quoque protestantes legem hanc P. W. alter declarandam non esse. \*\*)

## §. 49.

Sic regulis quoque prudentiae conforme & necessaria notitia de rebus jura concernentibus sequela, ut quo majus præjudicium ex actu juridico, ex re aliqua oriri possit, eo clarius, accuratius eam quoad omnia momenta determinandam atque condendam, eo clarius de ea in tractatibus præcipue agendum esse.

\*) Publicam horum principiorum probationem invenies in den unvörgreiflichen Gedanken der Brandenburg Culmbachischen und Württenbergischen Gesandten, was bei dem punto gravaminum endlichen in acht zu nehmen apud DE MEIERN act. P. W. tom. 3. p. 349.

\*\*) DE MEIERN act. comit. I. Th. 4. B. § 26 p 618. LÜNING Grund- feste europäischer Potenzengerechtsame I. Th. S. 151.

esse. Id præcipue in eo casu locum inveniet, quando pars una compacifcentium, contrahentium, naturæ rei, agnitiæque hucusque & indubitatae observantiae contrarium quid deßideret, obtinere intendant; quando igitur præjudicium ex altera parte gravissimum, de eo, quod hucusque observatum recedendo, metuendum & subeundum sit; aut quando ex denegatione ejus quod desideratum, præjudicium antiquum si quod adsit, perdurare necessario debeat. Si igitur neque pars una speciale quid intendens, vel neuter contrahentium, licet præjudicio antiquo observantiaque hucusque usitata non ignota, de ea mutanda expressam mentionem non faciant, observato potius alto de eo silentio, speciale hac ratione nihil proposuerit, petierit nihil, sana ratio concludere suadet, eum speciale, extraordinarium, priori observantiae contrarium nil habere voluisse, cum necessitas, hic sermonem de mutatione clare expresseque facere, postularit, aliasque, quod mutatum non est, cur ei stare prohibeatur, ratio inveniri nequeat. In deputationibus vero ordinariis perpetuum oriri posse ratione protestantium præjudicium, quando semel persona adjungenda contra eorum intentionem electi essent, eo quod jure non transeuntes sed perpetuo ad successores transituro eligerentur, non ignorabatur; si igitur nihilominus ratione modi eligendi speciale, extraordinarium nil peterent, neque inde obtinerent, sed potius proximis statim comitiis antiquam eligendi observantiam agnoscerent, & confirmarent, nemo non concludet, hosce compacientes, alias vigilantisimos, speciale quid desiderare, obtinere, perpetuo licet imminentem præjudicio, non intendisse; multo minus ergo pro deputationibus extraordinariis, ubi perpetuum præjudicium non metuendum, separatum, extraordinarium, priori observantiae contrarium quid desiderare potuisse aut petiisse. Ita nempe legibus analogia conforme recte concludimus. Aß supposito etiam æque grave, imo gravius adhuc in deputationibus extraordinariis præjudicium imminere; adeo ipso protestantes, cum novus eligendi modus naturæ rei, & observantia usitata contrariaretur, nisi antiquo modo stare vellent, eo clarius, eo accuratius de ejus determinatione expresse loqui debuissent. Aß ne vestigium separata petitionis, aut th̄s̄eos noviter a protestantibus

65

bus in medium prolatæ, ut notum brocardicum plenam obtinent  
opplicationem: quod lex non cantat, nec nos cantare debemus,  
legeque non distinguente, nec nostrum est distinguere; modo er-  
go non mutato in deputationibus ordinariis, nec mutatus est in  
extraordinariis, accidentaliter solummodo ratione durationis ab  
ordinariis diversis, ut inde vi analogiæ thesis obtinere debeat: de-  
putandos ad deputationes imperii extraordinarias non seorsim a  
qualibet religionis parte, sed promiscue votando ab omnibus  
omnium ordinum statibus comitialiter eligendos esse.

Argumenta contraria, actie præcipue publicis contenta, re-  
stant recentienda modo, quibus proponendis insistam ordini, &  
quantum fieri potest verbis cl. Hoffmanni\*) optime & omni ner-  
vositate prolati iis, quæ actibus inveniuntur publicis, propria  
quoque tela fibrantis. Observantiam optimam controversia le-  
gisque interpretatem pro thesi protestantium invictissime certare  
prædicat, ita, ut catholicos ex dolendo quodam fato, comitialem  
observantiam pro se allegare dicat. Proxiinis enim statim, ait,  
post P. W. comitiis tam ex parte catholicorum, quam prote-  
stantium agnatum esse jus seorsim eligendi deputandos, licet ca-  
tholici adjungendos suffragis suis non minus, imo magis vere de-  
nominarint, ast protestantibus non adeo invitatis, saltem non pa-  
lam dissentientibus. Id probare sequentibus votis intendit. Su-  
permissus orditis teutonicæ magister: stellen den Evangelischen ihre  
& adjungendos zu denominiren anheim. Spirens doch könnten  
die Evangelischen wohl benennen, welche sie von ihrer Seite  
dazu haben wolten. Argentoratensis: es stehe denen der A. C.  
frei, ob sie von denen a cätholicis benannten, einen und anderen  
ausschliessen und andere an ihren Platz nehmen wollen. Gelphe-  
bitanus: Es wäre aber nicht aufer Augen zu setzen wem die Er-  
nennung solcher neuen deputatorum zustünde? sintemal man  
wahr genommen, dass bei erster Umfrage die Herrn Catholi-  
sche etliche evangelische Häuser benannt, mit welcher die Er-  
fetzung geschehen könnte. Nun wäre bekannt, dass nichc  
\*) GODOFRED. DANIEL HOFFMANN diff. (§ 7.) allegata.

bergebracht, sich auch nicht thun liesse, dass ein Theil der Religionsverwandten sich in deputatione personarum des anderen Theils annehme; könnte derowegen darein gar nicht gehelen, sondern es würden entweder die Herrn Catholische sich dessen abthun, oder ihnen nicht zuwieder seyn lassen, dass die Evangelischen sich eben solchen juris gegen sie gebrauchen. Wenn es jedoch das Ansehen haben sollte, dass bei dieser ordinaires Reichsdeputation alle 3 Reichscollegia insgemein interessirt, und deswegen ohne Unterschied ein jedes Collegium nicht allein zu der in seinem, sondern auch in der andern beeden, consequenter auch eine Religion zu der andern erfolgenden Benennung zu schen und zu sprechen hätte, welches man dahin gestellet seyn lasse; so wolte man zwar acceptirt und also zu der im kurfürstlichen Collegio in hoc puncto vorgehenden Verordnung das Seine zu forgen ihm vorbehalten, jedoch ausdrücklich protestirt haben, dass solches außerhalb dieses einigen Catus in einiger anderen deputation nicht statt finden, oder eine Parthey der Religion sich darein etwas gegen die andere unternehmen solte. \*) Quoad hæcce vota in primis monendum, Supremi Ordinis Teutonici Magistri, Spirensis & Argentoratensis ob eorum generalitatem nil probare posse, cum ex eis plane non constet, utrum jus seorsim eligendi agnoverint, utrum vero ita esse, vel saltem ita pro hoc casu observari posse, existimarint, quod ultimum potius verba indicant: könnten die Evangelischen wohl benennen; stelte den Evangelicis ihre & zu denominiren anheim. Indicant porro solummodo diversitatem votorum, in rebus, ubi majora concludunt, non raro obvenientem; argumento, non hic a statibus qua partibus, sed coinitialiter per majora actum esse, de quo conclusum ipsum omnino dubium tollit, expressè continens: *haben die mei rerum fürstlichen Stimmen dabin ausgeblagen* (§. 47.) ubi & vota ipsa adduxi. Votum vero Guelpherbytani plus respicere ad controversias electores inter & principes, cum illi in personas principum votarent, hique se opponerent, (§. 9.) falsa porro continere supposita, primo legenti occurrit, cum neque observatum esse, es seye nicht

\*) DE MEIERN I. c. tom. I. p. 413. HOFFMANN I. c. §. 27.

nicht hergebracht, neque observari posse, ut pars altera religio-  
nis in electionem deputandorum alterius partis concurrat, dixe-  
rit. Unde, quæso, gravamen ortum, si ita neque fieri possit? Cur  
status in causis religionem non concernentibus tanquam unum  
corpus considerari nequeant? intelligenda igitur erunt hæc dicta,  
de iis deputationibus ubi religionis partes qua tales, ob religio-  
nis, conscientiæ gravamina agerent, de quibus hic non loquimur.  
Fieri tamen posse, si catholici protestantibus concursum in eligen-  
dis catholicorum deputandis non denegent, ipse fatetur; ergo  
eo ipso res religionis non est. Ubi vero unquam hoc a parte ca-  
tholicorum denegatum? aquilane hic pensari debere, semper  
agnovere. Protestantem inde, cum sensus J. P. recenti adhuc  
tenebatur memoria, in fine adjectam, ne sensationem quidem fe-  
cisse, & racite tanquam nullam, factò contrariam declaratam esse,  
modus eligendi hic usitatus & conclusum ipsum satis probant, id-  
que eo magis, cum jam per idem hocce votum thesis catholicorum  
in contradictorio firmata dici possit, ita ut inde ne a strenu-  
issimis quidem partis adversæ defensoribus, minutissima alias in  
medium preferentibus, ullum argumentum in actis publicis dedu-  
ctum invenire potuerim. Ne dicta dicam ad §. 45. seq. remitto,  
ubi observantiam quoad deputat. ord. pro sententia catholicorum  
pugnare & agnoscí ex actis publicis probatum. Nec magis  
Hoffmannus ipse, ægre licet, id negat, negans solūmmodo per-  
negansque ex hac observantia firmum validumque argumentum,  
duci vel neci posse, præcipue cum non invitis, saltem non palam  
dissentientibus protestantibus factum sit, & quoad deputationes  
ordinarias pacem W. statuisse, ut in comitiis proximis (en esen-  
tiale differentiam, ubi positio unius involvit exclusionem alte-  
rius!) de personis adjungendis ageretur. \*) Quodnam vero &  
quam grave argumentum inde deduci debeat, nec verba in proximi-  
mis comitis essentiale differentiam sive decisio-  
nem, non repetam, dixi jam §. 41. & seq. Interim neque invite,  
neque palam dissentientibus adversariis factum esse; suppositum  
utrumque falsum vel ipse ostendit, allegando votum Guelpher-  
bytani tanquam contrarium, nec minus videri poterit ex eis quæ

\*) HOFFMANN I. c. p. 622.

supra §. 47. allegavi \*); licet, etiam si verum esset, nil probare posse, ex principiis observantiae indubitate constat.

S. 51.

Ait, ajunt, quoad deputationem extraordinariam comitalem jus seorsim eligendi non tam vindicare opus habuere protestantes, quam sua potius sponte id agnoverunt, eisque differte ipsi concesserunt catholici, citra omnem reservationem & protectionem & quidem non semel, sed soepius, soepiusque ab anno praeципue 1664. \*\*) Ad horum assertorum probationem adducitur imprimis, qua in proximis post P. W. comitiis, dilatanimium cæsarea propositione, ad preparandas saltem materias a legatis acta, ubi extraordinaria deputatio, qua monita principum ad capitulationem imperatoris colligeret, decreta, pluresque actus hunc subsequentes, qui hic pertinere videntur, singuli jam recensendi. De eligendis ad hanc deputationem personis, sequens conditum conclusum: Es seyan deputari pari numero 6 oder 7 aus beiden Religionen zu erwählen, und deren denomination beeden Religionsverwandten heimzustellen, welche selbst unter einander sich würden zu vergleichen wissen, votis scilicet innixum. Bayern: damit aber paritas religionis observirt werde, und man an catholischer Seite 6 oder 7 zu deputiren hätte, wären von den A. C. V. eben so viel zu benennen, welche sich aber sich selbst unter sich am besten zu vergleichen wissen würden, cui plurima legatorum vota aequalia vel similia erant. Ad melius dijudicandam vim hujus actus tanquam contrarii allegati, paucis repetenda supra a me §. 21 adducta. Sessione præliminari 4ta ob evacuationem urbis Vechte extraordinaria decerneretur deputatio. Absque omni controversia de jure cœligendi promiscue, comitialiter votando eligebantur, uti ex votis ibi in terminis adductis videre est. Ait cum ea nihilominus ob præcedentia controversias exitum non sortiretur, sessione 7ma, cum nova hæc deputatio decerneretur, cuilibet religionis parti libere suorum electio relinquebatur. Eadem vero hæc libera relictio, die Heimstelling,

\*) PFANNER historia comitorum lib. 4. p. 622.

\*\*) HOFFMANN l. c. §. 28.

Iung, Heimgebung, licet quoad hanc deputationem alia quoque disparitas ob negotia in capitulatione imperatoris obvenientia intercedat, firmo arguento est, jus ab hoc plane diversum, promiscue tempe votando, in usu esse debere, quia alias iniutilior & prejudiciosior protestantibus adjectio fieri non potuisse, quæ autem facta reservationem juris antiqui non obsecuram continet; quæ enim jure perfecto mili competunt, permissionem alterius partis nunquam postulant. (§. 21. 22.) Imo, nonne votum conclusunque indicant, per majora conclusum esse, utrum pro hoc casu ita agendum sit? idque fieri posse quis negat?

Quæ jam sessione legatorum extraordinaria duodecima die 30 May 1653 & demum die 28. Junii ejusdem anni, facta jam cœfarea propositione acta, ex parte adversa pro stabilenda sua thesi quam maxime predicanter, ita ut legatus Magdeburgiensis anno 1704 de hisce actibus verba facere non satis possit. b\*) Die 30 May wurden Deputati zu Einrichtung des C. G. Unterhalts gemacht und ging das conclusum per Oestreich unter anderen dahin: weil bei dieser Deputation sich eine disparitas religionis befnde, so wurde denen der A. C. freigestellt, ob und welche sie aus ihren Mitteln dazu benennen wolsten, damit par huicmeru in utraque religione observari werden möge. Hierauf traten dieselbe zusammen, und benannten Culmbach Meklenburg, Anhalt und die Wettinerischen Grafen, sunt quæ allegavit pro sua parte *Hofmannus* l. c. Ast horce conclusum contrariam ejus, ob quod allegatum est, probationem in fronte gerit. Libera electionis expresse facta relictio, jus contrarium supponit, cum alias quilibet jure suo absque alterius consensu utipollit. Imo id ipsum jus ex disparate, prima electione quoad numerum personarum ratione diversæ religionis eveniente, constat; quæ nisi promiscue votando obvenire non potuisse. Ne laterem lavem vide sis §. 22. 23. 24. Perfecte

\* In seinem Umständlichen Berichte wie es auf vorigen und diesem noch fürwährenden Reichstage mit Anordnung der Reichsdeputationen gehalten worden. *SEHAUROTH* l. c. tom. I. pag. 414.

hæc omnia quoque quadrant ad conclusum ob adjungendos di-  
rectoriis ad re & correlationem, habita super eo, die 28 Junij  
1653, deliberatione conditum, in contrarium quoque adduc-  
tum. *Conclusum per Oestreich:* — auch wurde denen Evangelii-  
schen anheimgestellt, sich unter sich selbst dieserhalben dergestal-  
ten zu vergleichen, dass paritas numeri & religionis beobach-  
tet werde. Vis argumenti in votorum verbis, ambiguitatem  
Iors admittentibus, lateat. *Bayern:* und stände der A. C. V.  
*Belieben* welchen sie adjungiren wollten.

*Salzburg:* und hätte man denen der Augspurgischen Con-  
fession anheim zu stellen, welche dieselbe dazu benennen soll-  
ten, darunter sie sich dann zu vergleichen hätten. Ast im-  
primis unus tantummodo ex parte protestantium adjungendus  
erat, ut inde facile ad faciliorem rei exitum, ita permitti po-  
tuerit; nec verba, ex actibus praecedentibus declaranda, blan-  
dius licet a Bojaro dicta, præter liberam electionis relationem  
nil indicant, ex voto potius Salisburgensi, contrarium ejus, quod  
inde asseritur, colligo. Ad quid enim, nisi juri se abdicarit, dicere  
potuisset aut necesse habuisset: darunter sie sich dann zu vergle-  
ichen hätten, res eum plane non tangens. Si absolute res partis alte-  
rius religionis fuisset. Sic igitur ordinario sensu verbum conclusi-  
*anheimgestellt* sumendum erit, ex actibus, clarius pro thesi catholico-  
rum decidentibus supra (§. 22, seq.) allegatis, unice declarandum.

S. 53.

Allegant porro, actus anni 1697, 1704, 1709, & 1710, pra-  
cipue ut simul videri possit, eundem hunc extra ordinem depu-  
tandorum in collegiis & non in corporibus faciendum delec-  
tum, jam olim in ipsis collegiis & *veluti* per voto evangelico-  
rum & catholicorum communia agitatum tractatumque fuisse.  
Cum enim anno 1697 die 29 Maii circa deputationem ad con-  
gressum pacis Risiwicensis primo votanti catholico *Austriaco*,  
quod protestantes deputandos suos seorsim denominaverint,  
dolenti, & causam hanc pure politicam collegio vindicanti,  
primus protestantium Magdeburgensis contradixit, ille repli-  
cavit, hic triplicavit, uterque ad priora & protocolla provo-  
cavit, ubi tandem Magdeburgensis eos nominavit, in quos pro-  
testantes

testantes ad consequendam paritatem inter se jam antea seorsim consenserant. Non quidem nego & jam supra dixi, posterioribus temporibus protestantes jus eligendi deputandos, tanquam jus religionis partis, absolute sibi, quod conclusa eorum particularia satis probant, adquirere intendisse, ideoque ab controversiam inde ortam, uno ore per unum alterumve egisse, ut viribus unitis facilius, uti jam confueverant, desiderata obtinerent. Ast monendum a me non erit, longe diversum esse, deputandos electione seorsim facta determinari, & de jure tali praetenso per vota veluti communia agi; primum nullibi, nisi remissione libera, speciali facta, sed ultimum sollemmodo, nullo sane in contrarium argumento, contingit. Quod jam seorsim hic factam denominationem deputandorum ipsam attinet, Magdeburgensis ipse, cum ad facilitandum non nisi negotium factum esse fateretur, contrarium approbat, ut hac responsonie contentus Austriacus postulaverit, expresse tamen protocollo inferendum esse, hunc actum in ullam consequentiam trahi non debere; quod fuis videre est § 26 & 27. Quod jam actus reliquos hic nominatos attinet, ne vagare vel invito mihi contingat, cum eisdem pro stabilienda catholicorum thesi usus sim, simpliciter ad §. 28. 29. 30. remitto, praecipue cum Hofmannus novi quid, praeter acta ipsa a me supra jam allegata & declarata, non afferat. Ast an rei faciem non mutet, protestantes anno 1710, cum alteratio in collegio principum toties, quoties extra ordinem deputandum, recruderetur, in sui corporis conferentia die 6 Decembris solemne conclusam fecerint \*) eo rediens, ut jus suos privative denominandi absque concursu catholicorum, omni quo possit modo in perpetuum defendenteret; Non puto, neque quisquam, cui, quosnam effectus unilateralitas actus in rebus juridicis, controversis praecipue, habere possit, non ignorant, faciem mutare putabit. Si haec forent jura obtinendi, controversiasque decidendi media legalia, tota imperii forma nexusque naufragium periclitaretur, cum quid disperceret, centies licet legibus fun-

\*) MOSER tr. von den deutschen Reichstagen tom, 2. pag. 615.  
SCHAUDROTH l. c, tom. 1, pag. 453.

damentalibus observantiaque munitum, ab unaquaque parte, jura enim forent saltem inter partes æqualia, ex legibus convenientiæ, armis postea tumultibusque tuendis, mutari facillime possit. Quæ ideo §. 31. dixi, hic non repeatam.

S. 54.

Mirandum, novissimum quoque hujus materiae actum de anno 1774. ex altera quoque parte tanquam optimum suæ theos fulrum a cl. Hofmanno \*) tam suaviter predicari, ut facile minus attentum in adversa rapere possit. Sequentia affert: cum anno 1774. ejus, quæ cameram hodie visitat, deputationis extraordinariæ schema secundum R. J. N. redificandum esset, eodem quo anno 1704. & 1710. factum fuit, in conferentia corporis evangelicorum die 28 Maii 1774 schema lateris evangelici per solenne votum commune, die 22 Junii scriptum, definitum, & personæ deputandorum evangelicorum denominated fuerunt. Erat vero hocce votum commune a Magdeburgico dictum sequentis tenoris: Da vermutlich die allerseitige Absicht darauf gerichtet seien würde, dass bei Bestell- und Anordnung extraordinairer Reichs- und Collegialdeputationen die jura collegiorum & statuum utrinque religionis in salvo verbleiben müssen, so hätte man in behöriger Rücksicht auf den jüngeren Reichsabschied und das darinnen enthaltene schema deputationum ad visitationem camerae nach denen sich inzwischen ergebenen Veränderungen, auch sonst gehobenen Anständen und dahero anjetzo erforderlichen wechselweisen Ueberfetz- und vollständigen Einrichtungen hicmit ad protocolum zu erklären, dass man die höchste und hohe deputandos von dieser Religionsseite folgendermaassen und zwar angesetzt, und sodann gemeinschaftlich benchnigt zu sezen wünschte; in der Hoffnung, dass weilen zumal an der schon jenseits beliebten Bestimmung deren ihrigen dies Orts nichts auszustellen, sondern in dieselbe einzuwilligen wäre, nunmehr alenthalben zur Verfas- und Berichtigung deren conclusum, auch darüber zu pflegenden Re- und Correlationen, mithin zur vollständigen Reichsbegutachtung über das so gestalten

\*) l. c. §. 49. seqq.

ratificirte schema deputandorum ad visitationem zu schreiten,  
keinen weitern Anstand unterworfen sein werde.

Darauf confirmirte sich von den übrigen evangelischen Ges  
sandten einer nach den andern mit Magdeburg.

## §. 54.

Utrum æquali modo, quo anno 1704, hic quoque actum  
sit, ex comparatione eorum qua supra (§. 28.) dixi, apparebit;  
ibi enim deputandorum electio pro eo casu protestantibus expre-  
se relicta; non itidem hic; ex illa igitur libera relctione, adjecta  
protestatione & reservatione, ex actibus prioribus declaranda;  
non formularum instar habenda, nullatenus argumentum in con-  
trarium, nec ergo ex hoc actu, si, uti ait, eodem modo factum  
esse, verum sit deduci posse, non iterum dicam. Ast ex proposi-  
tione Saxonici (§ 33.) non obscure apparet, catholicos jam ante  
votum hoc, commune dictum, in protestantium deputandos vo-  
tasse, nec minus ex deliberatione eodem confessu habita, legatos  
protestanticos, hocce votum tanquam commune allegatum pro  
tali habere noluisse, nec esse, quod vel ex eo planum, singulos  
protestantes, singulatim votando in collegio ipso accessisse, cui  
conforme & catholici singulis votis accelerunt. (§. 33. 34. 35.  
36. 37.) Inde nec voto communi, nec solos protestantes suos  
denominasse deputandos tam ex hoc, quam ex eo, quod directoriu-  
m collegii principum publico inseri curavit protocollo (§. 34.)  
fatis probatum. Ast, ajunt, res tamen ita confecta, idem ipsi pro-  
testantium deputandi mansere, quos optarunt? quid inde? an  
gratos elegisse protestantibus personas, *jus ipsum* mutare vel de-  
bilitare poterit? arguento id potius est; si protestantes optimis  
reique maxime gnaris vota dedere, nec talibus ea amore bo-  
ni publici denegaturos fore, nec denegare catholicos. Nec quis-  
quam ex eo, animo nisi præventus, ullum argumentum formabit,  
Augustissimum suo decreto 4. Aug. 1774. totum illud imperii  
suffragium ratum habuisse: als ertheilen auch Allerhöchst Selbe  
hierdurch auf vorerwöhntes mit dem Reichsgutachten Allerhöchst  
Ihro vorgelegtes neuerlich vereinbartes Verzeichniß deren —  
Klassen deren Reichsdeputirten die gnädigste Kaiserliche Begne-  
nung. Neminem enim fugit hocce: vereinbartes Verzeich-  
niß,

nis, se non referre ad jus quoddam singulare partium religionis, ita ut res amicabili solummodo compositione peracta, sed ad tria collegia imperii ipsa, que re- & correferendo ita convenerint, ut inde imperii suffragium condit potuerit. Minima quæcumque arripiendo, valorem non prodit. Si jam allegatum votum commune accuratius perpendatur, nec absque contradictione esse inventur; ex una enim parte negatur, ex altera concessum. Nullo enim modo ad electionem deputandorum ex altera religionis parte concursum competere afferitur; nihilominus sequentia dicere placuit: . . . In der Hoffnung, dass weilen zumalen an der schon jenseits beliebten Bestimmungen deren Ihrigen *diss Orte nichts auszufallen, sondern in dieselbe einzuvilligen wäre.* Quo igitur se consentire in alterius partis deputandos declarando, vel ipsi contra se probant, electionem deputandorum jus partium religionis singulare non esse, cum alias ipsis, indicasse eos, non publicum dare consensum, sufficere debuisse. Cetera videre placeat in regillatura catholicorum supra (§. 38.) verbotenus allegata.

## §. 56.

Restat præcipuum adhuc argumentum, quo suum postulatum maxime sufficiunt protestantes, fulcrum, ut ajunt, quo illud nititur principale, ad quod plurima, quæ pro hac thesi afferri possent, se reduci patiuntur. Est id ipsum J. P. O. art. V. §. 51. (§. 14.) codem quoque ratione in actibus publicis sc̄opius ultatus. Auctor enim des Magdeburgischen Umständlichen Berichts supra (§. 48.) allegati distinctam deputationes inter ordinarias, extraordinariasque vi hujus legis intercedere differentiam, probare intendit, quod nempe de deputationibus ordinariis expresse dicitur; de personis autem vel statibus adjungendis in comitiis proximis statuatur, de extraordinariis tamen, licet verba: *aequaliter deputandorum numerus ex utriusque religionis proceribus repetita nullatenus dictum, firmissimo arguento, compacientes de hisce alium plane eligendi modum intendisse.* \*) In eo ergo lateat argumentum in deputationibus imperii ordinariis adjectum esse: *de personis autem vel statibus adjungendis in comitiis proximis*

\*) SCHAUROTH l. c. tom. I. pag. 474.

proximis statuatur, quod tamen de deputatione ordinaria in comitiis universalibus, sive ex uno, sive duobus aut tribus imperii collegiis deputandorum non statuatur, non fancitur; consequenter eorum delectus & denominatio ne generatim quidem in *comitatu*s** fieri præcipitur. sed cuiusunque deinceps modo libere relinquitur. Ipsa enim numeri paritas deinde, at sine hoc, deputationibus ordinariis proprio additamento, repetitur, præter & citra legendum exprellam ad extraordinarias deputationes minime proin extendendo. \*) Ast sufficiet vel sola hæc responso: utique non quadrant ad deputationes extraordinarias, nec prudenter ponit poterat verba ista: de personis autem *vel* statibus adjungendis in proximis comitiis statuatur. Extraordinariae enim deputationes, cum stabiles non essent, a casu, negotiis, occasione obveniente dependentes, cum utrum proximis obventura forent comitiis non præsciretur, quomodo, si absque ratione non fieret, to proximis comitiis repeti potuisset? Et quanam, quæsto, est illa conclusio? de personis adjungendis ad deputationes extraordinarias in proximis comitiis statui debere. non dicitur — ergo in *comitatu*s** de iis statu nequit? Utrumque positio unius est alterius exclusio? argumentum contrarium aliam tamen non continet conclusio nem, primo obtutu, cum accidentale quid ratione deputationum ordinariarum contineant verba ista allegata, vanam. Vel enim ex eo solummodo, quod catholici totam materiam tam de ordinariis quam extraordinariis imperii deputationibus ad comitia remitterent, (§. 15.) protestantes vero saltem quæstionem an? de paritate numeri personarum utriusque religionis decidendam operarent, & obtinuerint, remissa tamen ad instar multorum negotiorum comitrialium, electione ipsa ad comitia, & quidem ratio ne ordinariarum deputationum ad proxima, ex eo, inquam, satis probatur, totum negotium perfecte comitiale & esse. & ita quoque considerari, ut mutatione super eo expresse non facta, modus antiquus in J. P. patitate tantummodo constituta, pro more comitiali & observantia semper semper usitata & agnita, necessario observandus maneret, nec inde necesse esset, ut verba ista

K 2

de

\*) SCHAUROTH I. c. tom. I. pag. 406. in voto Brandenburgico-onol-baceniss.

de electione *in comitiis*, proximis non poterant, repeterentur. Aliam inde plane disformem conclusionem meliori jure facere posse puto; separato nempe perito de extraordinariis deputatiis non facto, mutatione inde quoad eas ratione modi deputandi non facta, & decisa non nisi quæstione an in J. P., quam saltem, non negantes totum negotium comitiale esse, decidendum peterent plurimi legati, tacite antiquum modum robaturum esse, ita ut quod mutatum non est, ei stare jure possit & debeat. Nihil itaque quoad deputationes imperii extraordinarias in proximis comitiis ratione modi constituto, maneat modus antiquus, intactus, immutatus. (§. 15. 16. 17. 18. 19.)

## §. 57.

Cetera argumenta contraria lateant non minus in ipso J. P. Primo namque electionem deputatorum hujus vel illius, sive sue religionis, quis non reputet causam religionis? art. V. §. 52. causam, religionem si non directe, saltem tamen indirecte concernentem? art. V. §. 9. causam totius & ipsius religionis interesse proxime continentem, causam in quibus status utriusque religionis tanquam unum corpus considerari nequeunt?) causam deni-

\*) Decanatum id fuisse anno 1704. in voto Brandenburgico onolbachens: „dieses. (jus seorsim eligendi) ist auch den ausgedruckten Worten des Instrument Pacis art. V. 99. allerdings gemäss, in welchem steher: pluralitas votorum in causis religionis sive directe, sive indirecte concernentibus nequaquam attendatur, neque illa Augustana confessioni addictis civibus ejus loci magis NB. quam Auguftana confessionis electoribus, principibus & statibus in imperio romano præjudicet; aus welchem Sonnenklar und unwidertreiblich am Tage liegt, dass in allen diesen Dingen, sie mögen seyn, von was Art sie wollen, wobei die evangelische Religion quoconque modo interessirt ist, und daraus derselben einig Präjudiz zuwachsen kann, der catholicorum vota nicht attendirt werden können, sondern die Sache sofern sie das evangelische Corpus allein betrifft auch vor sie allein gehöre. Nun ist leicht zu erachten, dass keiner unter den Evangelicis seye der nicht sehe, was für ein irreparabile prejudicium der evangelischen Religion daraus erwachsen, wenn catholici zu unsfern deputatis mit votiren und dieselbe per majora ausmachen können; daher die A. C. V., dassern sie nicht rem evan gelicam in summum discriminem

denique in qua catholici & A. C. add. status in duas partes ire possunt secundum decantatum hunc art. V. §. 52: in causis religionis, omnibusque alijs negotijs, ubi status tanquam unum corpus considerari nequeunt, ut etiam catholicis & A. C. statibus in duas partes euntibus, non attendatur votorum pluralitas, sed sola amicabilis compositio lites dirimat. En igitur acheronta mq. veri.

## §. 58.

Duo praeципue in hisce oppositis latere argumenta, unum in causa religionis, alterum in itione partium, liquet. Quod igitur primum attinet, negotia ipsa in deputationibus extraordinariis obvenientia religionem directe nullatenus concerneret, ita apertum, ut plura differendo inania agerem; unum praecepit nominem, rem justitiae tam ex natura sua quam J. P. ipso pro politica satis declaratam. \*) Ast neque indirecte religionem concernere, recta veraque legibus, non in lubitu partis adversa, fundata notio, quid sint causæ religionis & conscientiae, sufficenter jam probat, cum alias res politicae, sicut majora eo ipso, quod a statibus imperii diversæ religionis, licet abs religionis respectu, deliberanda & decidenda sint, non entia forent, cum indirecte saltem religionem, cuius negotia pluralitatem non admittunt, concernerent, id quod tamen nec adversarii, nisi tota pax Westphalica, praecipuum constitutionis pacisque germanie fulcrum, uno iectu detruatur, admirtere possunt. Foret enim aperte contrarium omnibus illis J. P. legibus, de liberis suffragiis & votis, statibus imperii tam in comitiis, quam deputationibus competentibus, tam sollicite casus a casibus, quando religionis patres quatales considerandæ sint, distinguendo, statuentibus; contra-

## K 3

riare

setzen wollen, von diesem ihrem manifestissime quæsito jure de rebus religionem suam directe concernentibus separatim & privative statuendi nicht ein Finger breit abweichen können. „  
SEHAUROTH l. c. tom. I. p. 404. seq.

\*) Art. 8. §. 3. J. P. O. in proximiis vero comitiis emendentur imprimis anteriorum conventuum defectus . . . ac tum quoque de reformatione politiae & justitiae . . . ex communis statuum consensu agatur & statuatur,

riaretur articulo 8. §. 2. & 3. & pluribus aliis, de rebus politi-  
cis determinantibus. hucusque unanimiter pro fide unius cu-  
jusvis materie consideratis, nunc vero non amplius habendis.  
(§. II.) Salisburgenis inde, cum haecce objectio tanti momenti  
non sit, nimum probet, nimumque contra apertissima juris  
publici imp. rom. germ. principia offendat, paucis respondit,  
id neminem admittere fore. \*) Idem & ipse Hofmannus dis-  
cit. §. 53 licet antea contra omnia juris principia, quidquid sta-  
tus inter utriusque religionis controverteretur, pro libitu  
ergo protestantium, utrum ita agere velint, religionem con-  
cernere, contendat, personas & statutum cum religionis nego-  
tiis, imo potius cum religione ipsa, sive jura personarum qua-  
statuum & qua religionis asseclarum confundens \*\*) agnovit;  
cum vero inquit, de eo utrum hoc vel illud causa religionis sit,

judi-

\*) So viel deinnach bishero zu vernehmen würde von Seiten der  
Herrn Protestanten der §. 9. art. V. angezogen, wiewohlen nun  
ad casum & questionem praesentem dicti gus nicht wohl appli-  
cabel seyn könnte, sondern vielmehr solcher gus & passus in con-  
sideration kommen müste, welche eigentlich und in terminis von  
der Sache so in questione controverla wäre, statuunt: wenn  
man aber gleichwohl und ultiro berührten sum extra illos in se  
continentes casu, pro quadam dispositione generali annehmen  
wolte, so würde wohl aus dem Antecedenti: pluralitas votorum  
in causis religionem sive directe sive indirecte concernentibus,  
nequaquam est attendenda, niemand die Consequenz gut  
heissen können; ergo protestantibus competit ius denominandi  
deputandos suae religionis privative cum exclusione votorum ca-  
tholicorum. SCHAUROTH I. c. tom. I. p. 428.

\*\*) Eadem fere dixit legatus Magdeburgicus anno 1760: dann ob-  
schon, ait, negotium deputationis an und vor sich selbst causa  
civilis seyn kann, so wird es doch allemal auch soweit causa re-  
ligionis, so oft respectus corporum beider Religionen, woraus  
die Deputirten müssen genommen werden mit influit und in  
consideration kömmt. SCHAUROTH I. c. tom. I. p. 449. Optima  
sane qua dati poterit declaratio, quænam res indirecte saltem  
religionem concernat! ita ut hac via peragendo protestantibus  
facillimum sit, omnia e medio tollere, quæcumque iis ullo mo-  
do ingratia videntur. Quare unum idemque non observabatur  
in deputationibus ordinariis, ubi ramen non minus respectus  
utriusque religionis partium, e quibus deputandi, habendus erat?

judicio finium regundorum nondum instituto, multo minus facile peragendo, amplissime in utrumque partem disputari possit, cum & valde controverti queat solearve: in quibus negotiis status tanquam unum corpus considerari nequeant: en concedemus liberaliter, denominationem & electionem deputatorum catholicorum & evangelicorum, sive ratione regionis ex utriusque religionis proceribus pari numero promiscuorum, aequa politica & non magis causam religionis vel singulorum corporum esse, quam ipsum forsan deputationis objectum & negotium, quamvis subinde & hisce duobus fundamentis uti & insistere omnino queant debeantque evangelici. — Quare ergo huic fundamento subinde adhuc insistendum, si insufficientia ejus & falsitas plana? Concordat id cum principio, quod cause qua inter religionis partes, licet qua status, controvstantur, religionis causæ sint, a veritate sane quam maxime, verisque legibus, historiaque fundatis principiis alienum, quod cum ab aliis jamjam optime probatum vindicatumque sit, nec limites dissertationis permitterent, hic probare prætereo. Concordat porro cum particularibus partis adversæ conclusis, omni quo possint modo se in prætenso suo jure tuendi. — Quid quod protestantes ipsi in actis publicis sc̄pius sc̄piusque agnovere, negotia deputationum nullatenus religionem, sed mere politica concernere. \*)

## §. 44.

Ast supereft ad hoc & salva nihilominus altera libertatis anchora, palladium illud, jus nempe eundi in partes, plurimat suffragiorum jusque majorum non suspendendi modo, sed penitus tollendi, scilicet ut modus tractandi de corpore ad corpus & sola amicabilis compositio obtineat; cum ilud in omnibus causis etiam *politici*, etiam non religionis, etiam in quibus status tanquam unum corpus considerari possent, locum habeat. \*\*) Aliam igitur, vides, juris eundi in partes

asser-

\*) CHR. GOTTFR. HOFFMANN gründliche vorstellung der Religionsbeschwerden p. 493, supra (§. 1.).

\*\*) HOFFMANN diss. cit. p. 53 §. 54 cum aliis authoribus ibi allegatis, MOSERS præcipue & STRUBBE Beweis dass das jus eundi in partes auch in causis politicis Platz habe.

assertores hic libertatem intelligere nequeunt, quam nullis legibus pactisque constrictam facultatem, in comitiis proprio cuncta arbitrio moderandi, majorum suffragiorum & conclusorum communi nomine secundum J. P. formatorum vim ad nutum infringendi, inque statum plenaria se se independentiae asserendi, siveque statum in statu formandi. Utrum hocce competere possit ordinato regimini civili, statibus religione non adeo disjunctis, ut unum corpus amplius constituer non possint, cuilibet absque ullo argumento, si animo præventus non sit, dijudicandum permittere possum; nimur enim principia verissima offendit. Non quidem dubitandum contra stabiliam in republica bene ordinata regulam: ex majori suffragiorum in idem conspirantium numero conclusa formanda esse. minorumque partem non solum tanquam compacifcentes ex ipsis legibus civitatis fundamentalibus, verum etiam tanquam subditos ex communi subjectionis vinculo, id quod ex admissione majorum suffragiorum ipsa tanquam medium illa, siveque publicum tuendi salutem manutendique sequitur, majori parti cedere debere, \*) hanc regulam, inquam prudenter subinde legibus regni fundamentalibus pactisque publicis averti posse & caveri, ne quibusdam in causis, maxime si inter personas, sive status, quos aut sacra aut instituta juraque particularia naturaliter veluti separant, vertantur, facta a parte minore discessione, invita eadem ac reclamante quidpiam decernatur, aut statuatur, sed subortæ ea propter controversias amicabiliter sopiantur, ne motibus intestinis per infeliciem religionis fervorem conturbari quietem pacemque publicam facile evenire possit. Hæcce compacifcentes J. P. cum non fugerent, scipiis ipsi potius temporibus antecedentibus experti, reipublicæ ruinam, nisi hisce medirentur, minari, pro certis casibus religionem præcipue, aut negotia cum ea quodammodo conjuncta attigentibus per dictum J. P. art. V. § 52. jus eundi in partes introduxere, vi cuius minori parti facultas vi legum rei-

\*) SCHWEDEI diss. de jure eundi in partes §. 4. tom. II. disput. p. 1125. IESTADT de eo quod jure publ. univers. circa conclusa ex majori suffragantium numero formanda juris est.

reipublicæ fundamentalium competit, dissensum suum adversus conclusum a majoribus formatum eo effectu declarandi, ut, nisi amice cum parte majori conveniat, idem vi ac efficacia careat. In partes hic ideo ire dicuntur, quoniam sub his circumstantiis non amplius ut constatus in comitiis salutis publicæ conjunctis viribus procurandæ causa congregati, sed ut *partes litigantes* socialitatis vinculo quoad casum caufamque controversam nonnihil laxato atque remisso. Ast hocce jus eundi in partes præfinitos suos ex jure publico universali, quando imperium rom. germ. tanquam unum adhuc considerari debeat, eosque per ipsum instrumentum pacis vi observantia, analogia, imo constitutionibus ipsis reapse determinatos habere, ne id, quod in reipublicæ conservationem inventum, in ejus ruinam detorqeatur, paucis ostendam.

## §. 60.

In anarchiam verti rempublicam dicimus, quando nexus civilis & summa imperii jura administrandi sapienter constituta ratio in totum disrumpitur, ita ut nec conclusa amplius communis nomine formari, nec formata executioni mandari valent; si ergo jus eundi in partes ad qualiacunque fæse negotia & causas comitiales protenderet, nulla amplius vis & efficacia erit conclusorum a parte majori conditorum, nisi in quantum paucioribus placuerit. Summa igitur rerum totiusque regiminis civilis administratio in arbitrio partis minoris collocata foret, quod utique non solum natura uniuscujusvis reipublicæ contrariatur, sed unitati quoque statuum totius rom. imp. germ., tanquam unum adhuc corpus, in rebus religionem haud concernentibus conjunctum, tanquam unum regnum, quam unitatem nemo, nisi totius imperii subversionem totalem intendat, negare poterit; ut igitur jam ex natura rei, ex jure publico universali pateat, jus eundi in partes justas habere debere limites, non pro libitu alterius partis constituendos; ut que proin qui sincero studio publicum bonum prosequuntur, religioni merito sibi dicturi sint, fortissimum hocce civitatis paladium, majorum conclusa valere, presata qualicunque, umbratili plerumque ansa confringere, ac summe nocivam publicis negotiis romoram injicere, unde manifestam reipublicæ

L

rui-

ruinam consequi necesse sit. \*) Ad exceptiones igitur pertinet, quando pars minor in partes discedit & conclusi a majori parte formati validitatem impugnat, contra regulam communem in re communi comitali majoribus cedendum esse. Hæc inde exceptio cessionem partis majoris involvit, ideoque non nisi per pactum cum parte majori, vel quod perinde habendum, lege reipublicæ fundamentali in vim sanctionis perpetuae ac pragmaticæ fieri potest; unde igitur citra pactum aut legem regni fundamentalem hæc in partes discedendi facultas intelligi nequit, quæ igitur strictæ interpretationis erit, nullatenus extra casus, in quibus leges publicæ ratione in partes locum faciunt extendenda. Vel exinde igitur solum, quod status rom. imp. germ. in P. W. omnibus renuntiæ juribus comitalibus tractandi negotia comitalia, dicere nemo audere possit, falsitas asserti appetet, in omnibus rebus etiam politicis, etiam ubi status tanquam unum corpus considerari possent, status in partes legitime ire posse,

## §. 61.

Quod ultimum jam, nempe limites per J. P. constitutos, attinet, negari plane non poterit, ante pragmaticam art. V. §. 52 sanctionem jura majorum in negotiis & causis comitalibus illibata stetisse \*\*). Id vel ex gravaminibus ipsis hac super re prolatis indubitate constat, ipsaque legis verba ex actis publicis, tractatibus præcipue J. P., sicut ex mente pacientium unice declaranda, dilucide insinuant. Constat inde non minus juri per suffragia majorum concludendi hic solummodo limites constitui, sicut propositionibus dicti articuli exceptiones contineri. Constitutum enim jam erat jura, negotia comitalia comitaliter quoque tractanda esse, ex libero omnium statuum consensu & suffragio, enarratis imo gravissimis negotiorum speciebus ita præcipue tractandis,\*\*\* ut iterum appareat nullatenus

\*) IKSTADT de jure majorum in conclusis civitatis communibus solemnis §. 57. 65. tom. II. opusc.

\*\*) IKSTADT de fundamentis atque historia exceptionum a jure suffragiorum majorum cap. I.

\*\*\*) Att. V. J. P. O. §. 8.

latens quodocunque libuerit, in partes ire posse, sed casibus tantummodo exceptionibusque lege expressis. Ad quid enim tot disceptationes utrum in causa collectarum, quarum acta ideo in molem crevere, majora valere possint, tot aftercationes, si regulam statuere generalem: in omnibus causis in partes ire posse voluissent compacientes? superfluum plane fuisse si sermonem ullam de eis facere, imo nocivum magis materiam collectarum tanquam speciale quid considerare; quis igitur J. P. hac de re cum illa regula conjungere poterit? „Quod ad pluralitatem votorum in materia collectandi attinet, quin res hac in praesenti congreßu decidi non potuerit, ad proxima comitia remissa esto,“ ad quid decidendum, si in omnibus casibus in partes ire liceret? Ad quid protestantes omnia moverunt ad optimendam in deputationibus imperii ratione numeri personarum ex utriusque religionis paritatem? nunquid necessaria regulae praetense generalis sequela fuisset, licuisset enim in omnibus omnino rebus, etiam ubi status tanquam unum corpus considerari potuissent, ire in partes. Ast protestantes in comitiis alisque conventibus imperii majoribus suffragiis nulla alia ex causa locum esse negarunt, quam quod sive Augustanae confessionis sacris, sive sibi ipsis, qua iisdem addictis sinistri aliquid inde obvenientur metuerent. Agnovere id scipiis actis publicis, de quibus unice me, ne extra oleas vagari vel invito mihi contingat, ad Iustitium refero\*) inde verbis: *catholicis & Augustanae confessionis statibus in duas partes euntibus, partes supponuntur, non quales quales, aut ex causis quibuslibet, sed quarum ex concluso majorum sacra atque religio periclitetur, hujusque intuitu in juribus ac bonis damna parentur, causae, ut quidem non nego, quodammodo quoque politicae, ast determinacionem suam unice ex serie tractatum instrumenti pacis, & mente pacientium recipientes, ex historia praeipue & connexione totius protestantium postulati, declaranda. Causae igitur politicae, in quibus in partes ire licet, a causis religionis sua natura & proprie talibus probe discernenda, secundum haecce funda-*

L 2

menta

\*) De fundamentis & historia exceptionum a jure decidendi per suffragia majora in comitiis &c, tom. II, opusc. 2.

menta aliae non sunt, nec esse possunt, quam si per eas sive catholicis sive Augustanae confessionis statibus qua talibus, eorumque sacris damnum ac periculum imminet, non necessario, sed ex accidenti, & sub circumstantiis plane peculiaribus. Hunc igitur cause ad religionem respectum, qui realis personalisque esse poterit, ad legitimam in partes itionem praeceire requiri, vel ex eo jam dilucidum evadit, quod idonea alia causa assignari nequeat, eur parti minori indistincte, & sine mentione religionis ea facultas indulta non sit; conclusum igitur in negotio comitali politico a parte majori formatum per indirectum aut ipsis sacris & religionis exercitio vulnus infligat, aut ipsis statibus, qua talem praeceire cultum religiosum profertibus damnum grave atque injuriam inferat. Cur enim, nisi ita esset, paucioribus tantummodo ejusdem religionis, & non generaliter parti minori discedendi in partes facultes concessa esset? \*) cum igitur negotia in deputationibus imperii tam ordinariis quam extraordinariis religionem nullatenus, neque directe, neque indirecte, uti supra demonstravi, protestantesque scopus professi sunt, concernant, neque sacra & religionis exercitium, sive status qua talem praeceire cultum religiosum profitentes laudent, negotia potius sint ab omnibus, si ita commode fieri posset, deliberanda atque decidenda, negotia que per J. P. expresse pro talibus declarantur, ubi ex libero statuum suffragio & consensu comitialiter agatur & statuatur \*\*); necessario sequitur, itionem in partes legalem hic nullo modo locum invenire, nec defendi posse, nisi paucioribus; quod in majoribus improbat, potentatum, praetentiam, solumque de negotiis comitalibus disponendi decidendique arbitrium tribuendum, quod stabilitate sane sine manifesto imperii pernicie fieri nequit. \*\*\*)

§. 62.

\*) Plura hac de re videoas in opusculis saepius allegati IKSTATTII in dissert, praeципue: de causis in quibus status imperii in partes erunt, a jure suffragiorum majorum exceptis. Et DE BEULWIZ diss, de nimia extensiōne jurium singularium ubi status tanquam unum corpus considerari nequeunt &c §. 31. 32. 33. 34. 35. ubi ex postulato protestantium & ex tota tractatum, ibi allegatorum ferre, jure aliud obrineri non posse, demonstratum invenies.

\*\*) Art. V. §. 8 J. P. O.

\*\*\*) Eadem fere jam dixit anno 1704. Legatus Monasteriensis, cum

Aliud argumentum contrarium, ad artificialia referendum, in securitate religionis reponunt; quenam inquit, est ratio pracepta ibi paritatis religionis? nonne securitas religionis evangelicae ejusque contra pluralitatem suffragiorum catholicorum comitiale adstruenda absolute necessitas? hac vero cum sola deputandorum numeri paritate non obtineatur, sed eum in finem prorsus necesse sit qualitatem deputandorum æque ac numerum eorum perpendere, necessario a quovis religionis parte deputandorum electio facienda est ut æque ac religio catholica tota & secura sit religio protestantica. — At quam parum, uti Sphis precedentibus probavi, jus eundi in partes ex mente pacientium, ex J. P. ipso in omnibus casibus politicis jure obtainere possit, quin tamen dici possit, nec dictum esse invenerim, securitatem religionis A. C. addictorum periculum incurrire vel lädi, tam parum per hoc, quod deputandi ad negotia religionem nullatenus concernentia, per majora eligendi sint, securitas religionis, aut jura statuum præcise quam hanc religionem profitentium lädi, vel lädi posse, cum securitas religionis conscientiaque se certo ultro casus, quibus in partes ire licet, extendi non possit, nec debeat. Eadem igitur hic repetendas forent, qua antea de nimia extensione juris

L 3

idem art. V. § 52. allegatur in contrarium: „Dafern dieser Sphus, inquit, über der Ständen Gerechtsame verstanden werden könnte, oder müßte, so würde es keiner Mühe gebrauchen, alle des Reichsfundamental-Gesetze, mithin das ganze Systema Imperii über Haufen zu werfen, indem man und' oß den Catholicischen Ständen der A. C. verwandten Gerechtsame & vice verfanden A. C. verwandten Ständen deren Catholicischen Gerechtsame nicht gefallen oder anständig seyn mögten, je und allezeit es heissen würde: statibus in partes euntibus sola amicabilis composition locum habeat, und da solchem noch eine amicable composition blos ab arbitrio partium dependire und selbige niemalen anderer Gestalt als dato & retento gemacht zu werden pflegte, so wäre die consequentia infallibilis, daß kein Stand im römischen Reiche seiner Befugniß und Gerechtsame mehr gesichert wäre, sondern zu aller Zeiten, das in partes euntibus &c., die amicable composition &c. und das dato & retento befahren müßte.“ SCHAUROTH I. c. tom. I. pag. 402.

eundi in partes dixi; omnia enim ad principium securitatis religionis trahendo, pacis W. leges speciales inutiles forent, ceteraque omnes; quidquid enim non placeret, licet legibus, observantia analogiaque munitum, nonne eodem modo securitatem laderet? nonne omnia jura ex eodem fundamento reverti poterunt? non dubito. Religio salva sit, securitasque religionis per pacem religiosam, per J. P. O. legibus specialibus sat tuta redditia est, ita ut hisce in rebus, religionem ipsam concernentibus de pluralitate votorum ne cogitatur quidem; ast quatenus se extendat unice ex hisce legibus tanquam materia sedibus, dijudicandum est, non pro lubitu, ubincunque protestantibus securitatem religionis laedi dicere placet, ad cetera politica, itidem pacé W. definita ac determinata extendenda. Haec enim si admirerentur facile foret, uti legatus apud Schawrothium dixit, catholicos e regno interpretari, sive religionem protestantium eo securiorem reddere. Nec metuendum unquam erit catholicos, non more protestantium per annos in prædeliberanda præparandaque materia conjunctos, per majora unice tales electuros fore, qui negotiis gerendis impares, quique protestantibus grati non forent, sed uti publice jam probarunt, eos, quos protestantes optarunt, quod supra allegavi, comitialiter votando eligentes, salutem publicam, felicemque rei exitum religioni se ducere & ducturos fore. Ex mente igitur pacientium securitatem religionis, in causis religionem non attingentibus, non querentium, declarandus est torus articulus, quintus, sive quoad imperii deputationes ex observantia immediate Pacem Westphalicam subsecuta, ubi in ordinariis deputationibus, licet in perpetuum, si per deputationes fieri possit, securitas religionis laedi potuisse, per vota promissa, ita quoque in extraordinariis electos esse deputandos supra argumentis firmissimis ex actis publicis demonstravi. Nec igitur magis mutua & exacta aequalitas in contrarium adduci poterit, quæ utique non negatur, ast cum limitibus in J. P. contentis observanda, quatenus nempe forma reipublicæ, constitutionibus imperii & presenti conventioni conformis est... violentia omni via facti... perpetuo prohibita, ex qua adjectione de-

cla-

clarandum, utrum securitas religionis vi J. P. eo extendi possit, ut quilibet politica ad ea trahendo, omnia unice ab ea dependant. Nec porro conclusa particularia, unilateralia, dicta communia protestantium obstabunt, ad quæ jam antecedenter supra respondi; transgrederer enim dissertationis limites si prætensa corporis, quod dicunt Evangelicorum jura paulo hic altius indagare vellem. Quantum quantum illius potestatem lautes, nunquam erit tanta, ut jura ex systemate, forma, legibus imperii dilucide quæsita, jura non interrupta multisque tam ante quam post J. P. præjudiciis firmata, per noviorem contradicendi affectationem annihilaro queat. Hicque remitto ad *Staatskanzlei* tom. 53. p. 266. 278. *Reichsfama* tom. 4. c. 4. & ad *Iustitium* in differt, de causis in quibus status imperii in partes eunt cap. 2. §. 55. 56.

§. 63.

Ad ultimum jam transeo argumentum, \*) plura minora & inutilia non attingo; nonne art. V. §. 50. amicabilem non nisi compositionem in hac materia juber? . . . „Si quid dubii hinc aut aliunde incidat, aut ex causis pacem religiosam aut hanc transactionem tangentibus resultet, de eo in comitiis vel alis imperii conventibus inter utriusque religionis proceres, non nisi amicabili ratione transfigatur.“ Cum igitur ajunt, postulatum protestantium saltem dubium sit, hocque dubium e causa pacem Westphalicam ejusque §os 51. & 52. tangente resulteret, illud tamen sua pluralitate votorum, suave propria & privata decisione catholici soli tollere non poterunt, etiam in comitiis vel aliis conventibus imperii, sola amicabili compositione, hoc est, non nisi modo tractandi de corpore ad corpus per corpora vel citra collegia, vel in horum saltem umbra, non attenta votorum pluralitate, tollendum, & usquedum hoc fiat, prohibenti liberum relinquendum,\*\*)— „Non dissensu & dif-

\*) HOFFMANN Diff. cir. §. 56. pag. 59.

\*\*) SCHAUROTH l. c. tom. I. pag. 410. Periculosa hanc esse sententiam, nullisque fundamentis innixam vide sis apud IESTATIUM diff. de causis in quibus status in partes eunt cap. 2. §. 51. seq. ubi quis de sufficientia vel insufficientia caularum itinérii in partes judicet, optime demonstratum.

putationes, licet publicæ, infallibilia obscuritatis & incertitudinis signa sunt; scipiis enim motas fuisse controversias contra clarissima legum verba, docuit, experientia. Hinc non ex quacunque in imperio exorta disputatione legis incertitudo aut ambiguitas est presumenda, tristi sane experientia edocti sumus, parum ingenii requiri ad excitandas de evidentibus legum dispositionibus rixas, & singenda, ubi nulla sunt, dubia. Haec pro affectibus inter partes agitantur, neglecta & non auditâ conscientia, qua affectatae obscuritati non potest non contradicere. Is harum disputationum non est effectus, ut propter illas evidenter, atque certitudo legum amittatur, & qua sunt claræ, siant obscuræ, sive ejusdem allegati cl. Hoffmanni verba in diss. de ratione interpretandi leges imperii Romano-Germanici publicas cap. 3. §. 17. — Interpretationem legis authenticam nec a solis catholicis, nec ab imperatore suscipiendam, sed ab imperatore & universo imperio simul petendum esse, in dubium vocare nemo presumet; qua vero, sicut solum in casu subintrat, si lex manifesta ambiguitate & obscuritate laborat; ita in casu art. V. §. 51., ubi genuina verborum legis significatio, tota textus coherèntia, substrata materia, tractatus, finis & ratio P. W. atque observantia & analogia functionis omnem controversiam tollunt, ita in themate substrato, ubi tot tanta que luce clariora pro thesi solidanda argumenta prostant ad illam nulla ratione provocari potest. \*)

## THE

\*) Haec sunt quæ respondit clarissimus FRANK nunc Cæsaris referendarius imperii intimus, pro conservatione legum imperii sive publica laborans salute, cuius audiorem Moguntiae agere, atque principia juris publici non nisi purissimo semper forte haurire, fortuna mihi favit, cuique grates hic publice dicere intermittere nequeo, licet modestiam clarissimi viri offendere timendum mihi sit. FRANK diss. censura principii: jurisdictio supremorum imperii tribunalium in causis ecclesiasticis protestantium non magis, quam catholicorum fundata. §. 54. p. 207.

# THESES.

1. Imperans totam suam potestatem ex concessione populi sive tacita, sive expressa habet; erronea inde sententia, hanc potestatem immediate a Deo principi concereditam esse.
2. Libertatem civium naturalem non nisi ob salutem eorum & facilitatem, nec magis restringendam esse, finis civitatis postulat; dominium inde eminens non nisi in casu necessitatis exerceri potest.
3. Germania non est sistema foederatarum civitatum, sed una civitas composita ex pluribus rebus publicis minoribus, & quidem monarchia limitata.
4. Superioritas territorialis a statibus imperii germanici jure & nomine proprio quidem exercetur, ast ea non independens est, nec illimitata; sed subordinata imperatori.
5. Dominis territorialibus in germania non competit jus in territoriis suis novas autoritate propria dieceles ordinandi.
6. Jus reformandi principibus ex ultata hacenus communii per universum imperium praxi competens, regula est; exercituum vero subditorum ad normam 1624. exceptio a regula. Simultaneum inde immoxium fundamento non caret.
7. Licit iurisdictio ecclesiastica in germania respectu protestantium in J. P. O. art. V. §. 48. suspensa sit, protestantes tamen non sunt independentes in causis ecclesiasticis, sed competit dominis territorialibus catholicis, & respectu supremis imperii tribunalibus, in subditos fuos protestantes iurisdictio ecclesiastica.
8. Subditi oppignorati soli dominorum suorum territorialium discreto arbitrio reliqui, nulla in re ad commune aliis subditis, sub proprio domino territoriali versatis, beneficium anni decretorii provocare possunt.
9. In causis mere politicis iatio in partes locum non habet; nec ad legitimam in partes rationem sola majora illius partis, quæ a reliquo corpore secessum facit sufficiunt.
10. Qualitas votorum comitalium a religione principis, non territorii dependet.
11. Votum commune statuum A. C. additorum omni ordini comitiali, legibus & formis imperii adversatur.
12. Repressalia in causis religionis & jus propriarum virium legibus imperii maiestati imperatoris & auctoritati supremorum imperii tribunalium repugnant, de ratione iurisdictio ecclesiastica.

M

13. Jus mittendi legatum ad electionem Archi- & Episcoporum Germaniae, vel dandi uni vel alteri ex gremio capituli exclusivam, perperam sibi afferunt vicarii imperii.
14. Recursus ad comitia tanquam instantiam judiciale in legibus imperii fundamentum non haberet.
15. In causis recursum a supremis imp. tribunalibus merito petenda est informatio.
16. Si imperator a summō pontifice tanquam sedis romanæ advocatus aeatetur, causa cognitio imperatori denegari nequit.
17. Ecclesia christiana ex institutione Christi Societas inæqualis est, ordine præcipientium & parentium constans.
18. Competit ecclesiæ jus determinandi, sive potestas legislatoria, judicaria, nec non coercitiva, indeque imperium in suo genere sumnum & independens, quod tamen intra sphæram sacrorum tantum concentratur.
19. Imperium hoc sacrum Christus non populo, sed solis apostolorumque successoribus contulit.
20. Potestas igitur episcopalis summa est in ecclesia, hancque potestatem episcopi, tanquam veri apostolorum successores immediate a Deo habent, cuius potestatis episcopalis exercitium in germania præcipue adhuc institutus principis & iuribus communi consensu ecclesiæ germanicæ & imperii agnitus; neque ergo Papa per bullas, neque imperator solus, neque singuli imperii status ei præjudicare possunt.
21. Primatus Petri non honoris tantum, sed & potestatis, nec solum privilegium personale, sed reale fuit, quod ex præcipuo modo, quod divo Petro potestas, cum ceteris licet æqualis, a Christo data est, & ex praxi ecclesiæ traditione neque colligendum.
22. Causa omnis & finis primatus in conservatione unitaris in ecclesia consistit, inde ejus jura essentialia explicanda, ab accidentibus, alias episcopis communibus, & pontifici romano posterioribus temporibus reservatis, longe diversa.
23. Summo ergo pontifici pro exercitio & usu iurium essentialium, suo primatu adhærentium, jus mittendi legatos in Germaniam denegari nequit; ast illos maneant per eos Archi- & Episcoporum Germaniae jura & jurisdictio, ecclesiæque germanicæ libertas. Inde novæ Nuntiaturæ Monachensis ereditio, cum novo tribunali, & cum prætentis Nunciorum facultatibus, nullatenus justificari potest.
24. Concordata Principum inter concordata Nationis Germaniae regulam, & Aelassienburgensis, seu potius Vindobonensis exceptionem constituent; cumque vim pacti publici inter romanum pontificem & integrum Nationem Germanicam habeant, solus pontifex illa nec interpretari, nec iis derogare, ast tota Natione Germanica irrequisito Pontifice ab eis recedere potest.

25. Potestati civili jus circa sacra competere, natura imperii civilis postular, inde jus determinandi tolerantiam civilem religionis in republica, jus advocatæ ecclesiæflicæ, jus inspectionis regiæ in ecclesiam, siveque jus placeti regi, principibus etiam quandoque in dogmaticas bullas competens, neque independentiæ, neque libertati ecclesiæ repugnat.
26. Negotia ratione bonorum a minoribus curatorem habentibus absque hujus consensu gesta ipso jure nulla sunt; si curatorem non habeant, substituti.
27. In natis initio septimi mensis, ut natorum jura habeant, vitalitas non requiritur.
28. Testamentum in quo forma Nov. 115 observata non est, ipso jure nullum, non inofficium est.
29. Fratribus uterinis querela inofficiorum testamenti non competit.
30. Filii ex sponsa nati legitimi non sunt.
31. Causa jure jurando voluntario tæcita ob perjurium formale retractari potest.
32. Quis exceptionem sub- vel obreptionis probare debeat, unice ex theoria probationum dijudicandum est; inde falsa est eorum opinio, qui soli impenitenti, vel soli excipienti probationem impo-nunt.
33. Neque ab iæsiōne enormissimam rescissio transactionis peti potest.
34. Reassumptioni litis in camera imperii præscriptio 40 annorum non obstat.
35. In causis subditorum contra dominum, processus, nisi prævia informatione, haud sunt decernendi.
36. Provocatione ex lege diffamari in supremis imperii tribunalibus litis pendentia non fundatur; inde vel alterum imperii tribunal, vel etiam Austregas, si fundari possint, eligere provocato liberum manet.
37. Relaxatio juramenti ad effectum agendi petenda est a judice competente.
38. Is, qui nullum argumentum pro se habet, adversario deferre potest jus jurandum.
39. Jus primogeniture inter illustres etiam sine consensu imperatoris, valide introducitur.
40. Extincta gente mascula, filia ultimo defuncto proxima præferenda est in successione filiæ primo adquirenti proximæ.
41. Ex communi obseruantia illustrium & nobilium maritus tenetur uxori viduallitum ( Witum ) constitutere absque ullo respectu ad illationem dotis.
42. Nobilitas imperii immediata a jurisdictione statuum est exempta.
43. Filiis non licet hereditatem ultimi defuncti repudiare & feendum retinere, agnatis autem licet.

44. Pater ad ordinem succedendi in feudis antiquis introducendam, a jure communi diversum, filiorum jam natorum consensu indiget,  
 45. Inter fontes juris feudorum imperii etiam ius feudale Longobardicum merito resertur, ac proin etiam circa feuda imperii in subdium obtinet.  
 46. In delictis gravioribus juramentum purgatorium nunquam est decernendum.  
 47. Reus, si convictus, quamvis non confessus sit, condemnari potest.







**ULB Halle**  
005 361 850

3







# COMMENTATIO JURIS PUBLICI

DE  
JURE CATHOLICORUM COELIGENDI DEPU-  
TANDOS A. C. ADDICTORUM AD DEPUTATI-  
ONES IMPERII EXTRAORDINARIAS, AD ILLU-  
STRANDUM ART. V. §. 51. J. P. O.

QUAM  
UNA CUM SELECTIS EX OMNI JURE THESIBUS EX INDULTU  
INCLYTAE FACULTATIS JURIDICAE

IN ALMA UNIVERSITATE MOGUNTINA

PRO  
SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET PRIVILEGIIS  
DOCTORALIBUS  
RITE CONSEQUENDIS PUBLICÆ ERUDITORUM  
CENSURÆ

S U M I T T I T  
**EDMUNDUS DE HAGEN,**

AA. LL. ET PHILOSOPHIAE MAGISTER.  
DIE NOVEMBRIS, cl. Io. cc. xci.

EDITIO NOVA.

*Marburgi,  
Sumptibus Henrici Rudolphi Meyer.*

